

SYNOPSIS
 PHILOSOPHIAE
 IN PRIVATVM MEMORIAE
 SVBSIDIVM THESISVS ET VELVT APHO-
 rismis quibusdam comprehensa, & ad disputandum
 proposita in Academia Argentinensi:

Præside

IOANNE LVDOVICO HAVVEN-
 reutero, Medicinæ & Philosophiæ Doctore
 atque Professore.

Respondente & Authore

IOANNE DECZIO VNGARO.

*Hac studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res or-
 nant, aduersis perfugium atq; solatium præbent, delectant domi,
 non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusti-
 cantur: in quibus tractandis, humanum est, candide lector, honestos
 conatus beneuolentia profèqui, non reprehensione.*

ARGENTORATI

Excudebat Antonius Bertramus.

M. D. XCI.

17

M Lang

**ILLVSTRI ET
MAGNIFICO DOMINO, D.**

**WOLPHANGO KOVACZIOCZIO
Regni Transylvaniae Cancellario atque
Senatori sapientissimo.**

**HOC SVBSIDIVM SVAE MEMORIAE
sive Synopsim Philosophiae, quae non im-
merito dici potest**

**IVVENTVTIS NVTRICVLA,
SENECTVTIS SOLATIVM,
PROSPERÆ FORTVNÆ DECVS,
CALAMITATVM PERFVGIVM,
PABVLVM INGENIORVM,
PARENS ARTIVM,
MAGISTRA HONESTATIS,
PEDISSEQVA RELIGIONIS:**

**IN
PERPET. OBSERVANTIAE
monimentum.**

**IOANNES DECZIVS.
D. D.**



D. O. M. A.

I.



*Q*UOD Hippocrates asserit de Medicina : non inconuenienter potest illud etiam Philosophia accomodari, quod videlicet **VITA SIT BREVIS: SCIENTIA LONGA: OCCASIO PRAECEPTS: EXPERIMENTVM PERICVLOSVM: IVDICIVM DENIQVE DIFFICILE.**

2. Quapropter utile fuerit amplissimam Philosophia doctrinam perspicuis quibusdam thesibus & aphorismis comprehensam, pro subsidio memoriae semper ob oculos habere.

3. Philosophia igitur est cognitio rerum diuinarum & humanarum, causarumq; quibus haec continentur.

Definitio
Philosophia.

4. Hic autem inestimabilis sapientia thesaurus comparatur Organo Logicae, quae generaliter usurpata complectitur ambitu suo primum artem purae & emendatae loquendi, quae Grammatica siue literatura dicitur: deinde rationem recte differendi, quae DIALECTICA nominatur: tum denique doctrinam compositae orationis, dicendi quae nomine Rhetoricae siue ORATORIAE FACULTATIS insignitur.

Grammatica.
Dialectica.
Rhetorica.

5. Philosophia diuiditur in Theoreticam siue contemplatiuam, cuius finis est veritas atq; cognitio, quaeq; comprehendit sub se Mathematicam, Physicam & Metaphysicam: & in PRACTICAM siue actiuam, cuius finis praeter cognitionem est ipsa actio, quaeq; latitudine sua complectitur Ethicam, Politicam & economicam, de quibus omnibus deinceps via ac ratio ne dicendum est.

Theoretica.
Practica.

PRIMA PARS PHILOSOPHIAE THEO-
retica, comprehendens, Mathematicam, Physicam,
& Metaphysicam.

MATHEMATICA.

- Definitio
Mathema-
tica. 6. *Mathematica est scientia contemplativa quae ex certis principijs quodammodo nobiscum natis quantitatem continuam & discretam rerum naturalium certa methodo inquirat.*
- Divisio. 7. *Eius partes sunt duae, quarum prior considerat vov^τα^ς siue separata à materia: altera tractat ἀδιάσκη^τα^ς siue ea, quae à solo intellectu, nisi sensuum accedat auxilium, intelligi non possunt.*
8. *Noti^α vel pertinent ad quantitatem discretam, quam explicat Arithmetica & Musica Theorica: vel pertinent ad quantitatem continuam, quam explicat Geometria.*
- Arithme-
tica theo-
retica. 9. *Arithmetica theorica est scientia, quae explicat proprietates numerorum vel secundum se, vel secundum tres dimensionum species, vel denique, secundum habitudinem ad alios numeros.*
- Musica
theorica. 10. *Musica theorica est scientia, quae scrutatur naturas numerorum secundum intervalla & sonos consideratorum.*
- Geome-
tria. 11. *Geometria est scientia considerans & explicans magnitudines, figuras, & terminos, quibus figura & magnitudines includuntur, eorumque rationes, passiones proprias, & varios positus.*
- Partes Ge-
ometria. 12. *Partes eius sunt duae, quarum prima dicitur ἑπιπέδων θεωρία, quae explicat figuras & magnitudines planas: altera στερεωμετρική, quae corporeas exponit.*
13. *Ἀδιάσκητα siue sensibilia considerat, Mechanica, Optica, Geodesia, Canonica siue Harmonica, Logistica atque Astronomia.*
- Mechani-
ca. 14. *Mechanica est ars, quae ex certis extracta principiis docet rationem fabricandarum machinarum & ἀνομήτων.*
- Optice ge-
neralis. 15. *Optice generalis est scientia, quae tradit naturam & projectionem radiorum visus, luminis, colorum & formarum, ac docet*

docet de rerum omnium figura, situ, magnitudine, numero, motu, quiete & distantia rectè indicare.

16. Huius tres sunt species videlicet OPTICA SPECI- Optica spe-
LIS qua inquirit deceptionum visui accidentium, propter lon- cialis.
giorem distantiam, causas. CATOPTRICA qua scrutatur cau- Catoptri-
sas deceptionum propter radiorum inflexionem & refraçtio- ca speciat
nem accidentium: & deniq; ΣΚΙΟΓΡΑΦΙΚΗ qua docet ima- lis.
gines rerum quantumlibet innumeras & propter distantiam Sciogra-
informes, delineare, ut diiudicari possint. phica.

17. Geodesia est qua docet perticis, perpendicularis atq; rectis Geodesia.
lineis quascunq; terra, regionum, & agrorum areas atq; spatia
metiri.

18. Logistica seu Arithmetica practica est qua ex natura Logistica.
& proprietatibus numerorum explicatis & demonstratis tra-
dit regulas ADDENDI, SVBDVCENDI, MVLTIPLI-
CANDI, ET DIVIDENDI, & diuiditur in vulgarem,
in λογιστικὴν ἑφακοντοδιδόν, & in coffam seu Algebram.

19. Canonica, siue harmonica, siue Musica practica est, qua Canonica.
considerat concentuum & harmoniarum conuenientiam &
proportionem, eamq; ad iudicium aurium accommodat siue illud
fiat choralis (ut loquuntur) siue figurali, siue deniq; cantu in-
strumentali.

20. Astronomia est scientia de natura & affectionibus cæli Astrono-
atq; stellarum. mia.

21. Eius partes sunt Διοπτικὴ, Μετεωροσκοπικὴ ἢ Τυμονικὴ.

22. Dioptica est qua certis instrumentis Geometricis scru- Dioptica.
tatur situm & distantiam astrorum.

23. Meteoroscopica est qua certis organis inquirat diffe- Meteoros-
rentias eleuationum polarium, stellarumq; supra horizontem scopica.
exaltationes & ab horizonte distantias.

24. Gnomonica est qua examinat horarū ex umbris in scio- Gnomoni-
tericis discrimina per gnomonem. ca.

25. Subiectum astronomia est cælum atq; stella.
- Stella quid.** 26. Stella est densior orbis sui pars globosa, lucida, purissima ac simplicissima, affixa suo orbi à quo circulariter & regulariter circumrotata periodum suam absoluit certo temporis spatio, ut efficiat temporum discrimina, & in natura elementari cieat primas qualitates & alios effectus rebus nascentibus conuenientes.
- Lux stellarum.** 27. Lucent verò stella partim suo ingenito, partim mutuo solis lumine, mouenturq; non per sese, sed per accidens ratione suorum orbium, quibus infixa circulariter mouentur.
- Numerus cælorum.** 28. Orbes cælestes secundum Alphonsinos X. secundum Ptolemaeum nouem sunt, quorum nonus vocatur primum mobile, octauus cælum stellatum, septimus Saturni, sextus Iouis, quintus Martis, quartus Solis, tertius Veneris, secundus Mercurij infimus Luna.
- Motus cæli primus.** 29. Motus sphaerarum cælestium sunt duplices, quorum prior fit ab ortu in occasum, quo nona sphaera reliquas spatio aquabili 24. horarum circumducit: alter ab occasu in ortum, quo reliqua omnes sphaerae per se quidem regulariter, sed respectu nostri inaequaliter videntur moueri.
- Motus secundus.** 30. Stellarum aliae sunt fixae, quae sic dicuntur, quod immutabilibus inter se spatijs distantes tardissimo octauo cæli motu circumferantur: aliae erraticae sive Planetae qui sic appellantur, quòd magna motus varietate ferantur.
- Stella fixa.**
- Stella errantes.**
- Cursus stellarum.** 31. Stella fixa licet per se sint innumerabiles: tamen docendi gratia secundum receptam veterum sententiam numerantur C I D . X X I I . in X L V I I I . imagines sive constellationes propter similitudinem rerum notarum distinctae, ut sunt in Zodiaco: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Aquarius, Pisces: in boreali hemisphaerio: Vrsa maior, Vrsa minor, Draco, Cepheus, Bootes, corona, Hercules, Iyra, olor, castiopea, Perseus, Erichonius,

tonius, Anguitenens, serpens, Telum, Aquila, Delphinus, Antinous, Equisectio, Pegasus, Andromeda, Delstoton: in Meridionali plaga: Cetus, Orion, Eridanus, Lepus, Canis, Canicula, Argo, Hydra, Crater, Coruus, Centaurus, Lupus, Ara, corona Australis, Piscis Austrinus.

33. Harum 15. sunt prima magnitudinis: 45. secunda 205. Differentia: 477. quarta: 217. quinta: 49. sexta magnitudinis.

33. Planeta sunt VII.: Saturnus frigidus & siccus periodum Saturnus. suam conficit XXX. annis, & superat terram nonagies semel cum octava parte: Iupiter temperatus XII. annis percurrit Zodiacum, terram excedens nonagies quinquies cum dimidia ferè parte: Mars calidus & siccus biennio cursum suum peragit, terram superans semel & paulò plus unà tertià: Sol calidus & Sol mediocriter siccus annuo spatio Zodiacum percurrit, & terrà maior est centies sexagies sexies: Venus humida & mediocriter calida, manè Lucifer, Vesperi Hesperus dicitur, & habet cum terra proportionem diametrorum triplam sesqui tertiam: Mercurius varius, & naturam eorum Planetarum, quibus cõ iungitur, imitans, aequat 22. partē terræ, & cum Sole, anno verè tente periodum suam absoluit: Luna humida, & mediocriter calida, mensē efficiens, minor est terrà quidem quadragies terminus octava parte, Sole verò septies millies minus LXII.

34. Hæc corniculans apparet à prima die nouilunij ad quintum vel sextum: ἀνόρου & dimidiata VII. vel VIII. die ἀμφικύρτη & utrinq; gibbosa XI. die: πᾶσι ἐλλω & tota eius medietas illuminata cernitur XV. die, cum diametralis ter opponitur s. li. Phases Luna crescentis.

35. Eadem ratione in decremento eius XIX. die cernitur utrinq; gibbosa: XXII. aut XXIII. dimidiata: XXV. usq; ad exitum mensis falcata & corniculans, sed in hoc differt à priorē, quòd Luna crescente cornua semper auersa à Sole respiciunt ortum: decrecente occasum. Phases Luna crescentis.

Diuisio 36. Ad pleniorē horum intelligentiam excogitati sunt
circulorū. ab artificibus circuli quidam, quorum alij sunt maiores, alij
minores.

Maiores 37. Maiores precipui sunt: aequator, zodiacus, colurus et
circuli. quinoctiorum, colurus solstitiorum, meridianus, & horizon.

Aequator. 38. Aequator vel equinoctialis est circulus maior in me-
dio sphaera inter utrumq; polum collocatus, zodiacum in duo-
bus punctis interfecans, quae cum Sol occupat, equinoctia efficit.

Aequino- 39. Equinoctiorum autem aliud est vernum Sole princi-
ctia. pium Arietis occupante: aliud autumnale, sole principium Li-
bra adeunte.

Zodiactis. 40. Zodiacus siue signifer est qui obliquè sphaeram inter
duos tropicos cingens, latitudinem XVI. graduum habet, sub
quo Planetae feruntur.

Diuisio 41. Diuiditur Zodiacus in XII. signa, quae I. distribuuntur
eius I. in septentrionalia & meridionalia sena: II. in cardinalia, ut
2. sunt duo equinoctialia Υ & ♋ : & duo solstitialia ut sunt
3. ♄ & ♌ : III. in firma siue fixa quae proximè cardinalia sequun-
tur ut sunt ♅ . ♆ . ♇ . & communia quae sunt reliqua qua-
tuor inter cardinalia & fixa constituta ut sunt: II. ♈ . ♉ . X.
4. III. in quatuor trigona siue triplicitates quarum prima conti-
net V. ♊ . ♋ . ♌ . secunda ♍ . ♎ . ♏ . tertia II. ♐ . ♑ . quarta
 ♒ . ♓ . X.

Eclipti- 42. Ecliptica ab eclipsibus in ea feri solitis appellata est
ca. quae in medio Zodiaci consistens eum secundum latitudinem in
duas aequales partes VIII. graduum spatio definitas dirimit,
quemq; sol suo annuo motu describit.

Diuisio 43. Diuiditur ea primùm quidem in quatuor quadrantes
eius I. quorum duo, vernus scilicet & aestiuus versus Septentrionem:
reliqui verò duo autumnalis & hybernus ab aequatore versus
meridiem recedunt: II. diuiditur in medietatem ascendentem,
II. quae à principio Capricorni, ad finem Geminarum vsq; pertinet
gens sex

gens sex signa principium capricorni sequentia comprehendit:
 & in medietate descendente, qua à principio cancri ad finem
 Sagittarij pertingens sex signa principium cancri sequentia
 complectitur.

44. Colurus equinoctiorum est, qui mobilis ad motum pri- Colurus
 mi cæli existens transit per polos equatoris, & puncta equino- equino-
 ctialia, secans equatorem in aequales medietates ad angulos re- ctiorum.
 ctos sphaerales.

45. Colurus Solstitiorum est qui transiens per puncta sol- Colurus
 stitialia & polos Zodiaci ac equatoris, secat utrumq; in aequales solstio-
 medietates ad angulos rectos sphaerales. rum.

46. Sunt autem solstitia duo, unum aëstivum, sole in can- Solstitio-
 cro, alterum brumale, sole in capricorno existente. rum nu-
 merus.

47. Horizon est qui à puncto verticali undiq; aequaliter Horizon.
 distans, totam mundi machinam dirimit in duo hemisphaeria
 aequalia, quorum unum videtur, alterum occultatur.

48. Hic dividitur I. in rectū, cuius plano uterq; mundi po- Divisio
 lus incumbit: & obliquum, supra cuius planum alter elevatur, eius 1.
 alter infra idem deprimitur: II. in sensibilem, qui in patenti 1 1.
 campo circumscribitur oculis intra IV. milliaria: & in ratio-
 nale, qui totum cælum in duo aequalia hemisphaeria dividit.

49. Meridianus est qui transit per loci sui verticem, & po- Meridia-
 los mundi, ad quem cum Sol accedit, inter diu meridiem, noctu nus.
 mediā noctem efficit, quiq; variatur intra grad. 3. minuta 45.

50. Quod minores circulos attinet, eorum precipui sunt: Circuli
 Arcticus, Antarcticus, Tropicus Cancrī, & Tropicus Capri- minores.
 cornī.

51. Arcticus est quem describit prior pes vrsæ maioris ad Arcticus.
 motum cæli diurnum, perpetuò conspicuus ijs, quibus polus se-
 premeridionalis ultra grad. XIII. elevatur.

52. Antarcticus est quem polus Zodiaci meridionalis circa Antarcticus.
 polum mundi austrinum motu diurno describit.

B

53. Tropi-

Tropicus
Cancri. 53. Tropicus Cancri est, quem Sol principium Cancri in-
gressus, & diurno motu circumductus describit.

Tropicus
Capricor-
ni. 54. Tropicus Capricorni est, quem Sol ingressus principium
Capricorni, & diurno motu circumductus describit, distans
similiter cum priore ab aequatore versus meridiem maximâ So-
lis declinatione.

55. Horum minorum circularum utilitas est ostendere zō-
nas, occasus & ortus stellarum, doctrinam deniq; dierum &
eclipsium.

Zona
quid. 56. Zona est orbicularis & latior ambitus comprehensus
inter parallelos & polos mundi, quibus cum cælum tum terra
circundata in plagas habitabiles & inhabitabiles diuiditur.

Diuisio
zonarum. 57. Sunt autem Zona alia cælestes, quas Astronomi in cæ-
lo cogitatione describunt: alia terrestres, quas in terra Cosmo-
graphi ita distribuunt, ut cælestibus directè subjiciantur, ac
proportione correspondeant.

Numerus. 58. Suntq; zona V. quarum una media siue torrida pro-
pter æstum: dua extrema propter frigus intemperata sunt &
ferè inhabitabiles: reliqua dua inter intemperatas posita sunt
magis habitabiles.

ἀμφιπόλιοι 59. Qui torridam zonam incolunt ἀμφιπόλιοι dicuntur siue
ἑτεροπόλιοι habentes duas umbrarum differentias diuersis anni tempori-
ἑτεροπόλιοι bus: qui utramq; temperatam ἑτεροπόλιοι, quibus umbra meri-
πτεροπόλιοι diana cadit in vnâ tantum partem: qui duas frigidâs ἑτεροπόλιοι

Antipo-
des. σποιοι, quibus umbra in orbem cum sole circumaguntur: qui par-
tes terra nobis in diametro oppositas, Antipodes: qui eandem
zonam, ἀντοίοιοι: qui deniq; diuersas incolunt zonas, Antoeci
ἑτεροπόλιοι nominantur.

Antoeci.
Ortus &
occasus
poeticus. 60. Ortus & occasus stellarum est duplex, poeticus scilicet
& astronomicus: Et quidem poeticus ortus & occasus est vel
ascensio & descensio stellarum supra vel infra horizontem, qua
fit sole vnâ aut oriente, aut occidente: vel earundem apparitio
& occultatio

& occultatio, quae fit Sole propius accedente vel recedente.

61. Diuiditur hic ortus & occasus poeticus in cosmicos siue Diuisio
mat utinos: in Acronicos siue vespertinos, & in heliacos siue so-
lares.

62. Ortus autem & occasus astronomicus est eleuatio vel Ortus &
descensio supra vel infra horizontem eius partis aequatoris, quae occasus a-
cum stella arcus Zodiaci supra vel infra horizontem eleua- stronomi-
tur aut deprimitur. cus.

63. Dierum alij sunt astronomici, alij politici: & rursus a- Diuisio
stronomicorum alij sunt naturales, alij artificiales, dierum.

64. Naturales astronomici sunt in quibus Sol motu primi Natura-
mobilis à meridiano superiore vel inferiore circa terram du- les astro-
ctus ad eundem reducitur. nomici.

65. Naturales diuiduntur in aequales qui sunt temporis Dies a-
spatia, quibus integer aequator circumuoluitur circa terram quales.
cum aequali additamento: & in non aequales qui sunt temporis
spatia, quibus circa terram integer circumuoluitur aequator cū
tanta eiusdem portione, quanta motui solis proprio respondet.

66. Cuius inaequalitatis cause sunt additamenta, quae ad Cause in-
singulas Aequatoris reuolutiones quotidie addi debent, quae equalita-
sunt inaequalia partim propter apparentem solis anomaliam, tis addi-
partim propter obliquitatem eclipticae, partim denique ob equi- tamento-
noctiorum praecessionem. rum.

67. Dies artificiales sunt in quibuslibet regionibus tanta Dies arti-
naturalis diei pars, quanta Sol supra Horizontem eius regio- ficiales.
nis commoratur.

68. Politici sunt spatia temporis die & nocte artificiali defi- Dies poli-
nita, quae longitudine quidem cum diebus naturalibus conue- tici.
niunt, sed in iustis discrepant, dum aliae gentes alij dierum ini-
ustis utuntur.

69. Partes dierum sunt horae quae definiuntur vigesima Hora.
quarta dierum naturalium particula, & sunt vel aequales vel
inaequales.

- Clima.** 70. *Clima est spatium terrae habitabilis duobus parallelis comprehensum, in quo per dimidiam horam accidit variatio diei longissimi.*
- Numerus.** 71. *Climata veteres numerarunt septem propter incognitum ipsis nouum orbem, qui nostro seculo inuentus est: sed nobis circiter 23. esse possunt.*
- Eclipsis Luna.** 72. *Ecclipsis Luna est defectus siue priuatio luminis Solis in luna, quae fit cum luna diametraliter opponitur Soli.*
- Diuisio.** 73. *Est autem duplex, totalis cum tota Luna vel aliquid ea amplius: & partialis cum aliqua eius pars obscuratur.*
- Totalis.** 74. *Totalis est triplex. I. cum mora maxima: II. cum mora media III. cum mora nulla.*
- Partialis.** 75. *Partialis itidem est triplex I. cum plus medietate: II. cum medietate: III. cum minus medietate de corpore Lunae obscuratur.*
- Eclipsis Solis.** 76. *Ecclipsis Solis est auersio seu exclusio radiorum solarium ab ea terrae parte, quae corpori lunari opposita est, facta propter interpositionem Luna inter aspectum nostrum & corpus Solis.*
- Diuisio.** 77. *Ea est duplex: totalis, cum totius Solis conspectum alicui terrae parti Luna aufert: & partialis, cum tantum aliquam radiorum partem auertit.*
78. *Possunt autem Ecclipses Luna fieri vniuersales, sed Solis nunquam naturaliter, licet totales esse possint. Atq; haec de Mathematica dicta sunt: sequitur deinceps ut de Physica dicatur.*

P H Y S I C A.

- Lib. I.**
Definitio
Physicae.
Methodus.
1. *Physica est scientia contemplatiua, quae versatur circa res eas quae moueri possunt.*
 2. *In eius cognitione procedendum est methodo compositoria à nobis notioribus ad notiora natura.*
 3. *Vniuersalia autem singularibus sunt notiora quò ad nos.*
 4. *Vniuers-*

4. Vniuersaliter igitur tenendum est, quòd **PRINCIPIA** Principia sint quæ nec ex se vicissim, nec ex alijs oriuntur, sed ex quibus quid omnia generantur.

5. Principium autem tale vel unum sit oportet vel plura. Numerus

6. Vnum esse non potest, cum unum procreare ex se aliud aut contrariari sibi nequeat.

7. Si sunt plura, vel erunt infinita, vel duo, vel tria, vel sic deinceps.

8. Infinita nec numero nec magnitudine possunt esse, propterea quòd res ex principijs nata infinita non sint, & quòd infinitorum nulla possit esse scientia.

9. Duo simpliciter esse nequeunt, cum contraria se inuicem perimant.

10. Tria igitur sint oportet, materia, forma & priuatio, quòd quidè duo duntaxat esse cõtraria possunt, & unũ subiectum.

11. Materia diuiditur in primam, quæ est subiectum cuiusq; rei primũ, ex quo insito, & non secundũ accidens generatur, & si interit, in hoc postremum interit: & in **SECUNDA** Materia DAM, quæ rei illi, quæ ex ea nascitur, ita vicina est, vt ex ea nullis alijs interuenientibus generationibus nascatur, & vt ex eà unum aliquid tantũ nasci possit.

12. Forma est, quæ dat essentiam, nomen & definitionem rei composita, & diuiditur in naturalem & artificiosam. Ac naturalis quidem subdividitur in substantialem & accidentalem: substantialis autem in corpoream & incorpoream.

13. Priuatio est absentia formæ in subiecto habili ad eam recipiendam.

14. Ex his tribus principijs generantur res naturales, quæ sunt, in quibus est natura.

15. Natura verò est principium quoddam & causa motus ac quietis eius, in quo est primò per se, & non per accidens.

16. Res naturales cognoscuntur per causas, quæ sunt quarũ

vi res eueniunt, earumq; alia sunt per se, per accidens alia.

- Efficiens. 18. Causarum per se alia sunt interna vt materia & forma: alia externa vt efficiens, qua est principium mutationis & quietis: ac finis cuius gratia aliquid fit.
- Finis.
- Fortuna. 19. Causa per accidens sunt duae FORTVNA videlicet eorum qua certo consilio suscipiuntur alicuius finis gratia: & CASVS eorum qua absq; consilio, alicuius gratia, suscipiuntur.
- Casus.
20. Non igitur omnia casu & fortuito eueniunt, sed duntaxat ea, qua raro cōtingunt, & quorum cause per se ignorātur.
21. Natura enim nihil agit frustra, sed omnia propter certum finem, & ex necessitate τῆς φύσεως.
- Lib. III. 22. Cumq; natura sit principium motus, is autem sine loco, vacuo, tempore ac continuo, continuum sine infinito intelligi non possit: aurea methodi catena postulat, vt eorum quoq; hic definitiones ponantur.
- Motus. 23. Motus igitur est actus rei existentis in potentia, quatenus potentia.
- Infinitū. 23. Infinitum est cuius partes eiusdem quantitatis si accipias, prater eas alia semper adhuc accipi possunt.
25. Tale infinitum actu nullum est, sed facultate, qua tamen tota ad actum deduci non potest, idq; quatuor inhaeret rebus, tēpori videlicet, numero, magnitudini & generationi rerū.
- Lib. IIII. 26. Locus est superficies seu extremitas corporis continentis primò immobilis, & diuiditur in proprium & communem.
- Locus.
- Vacuum. 27. Vacuum siue inane est locus in quo nullum corpus est, sed esse possit.
28. Tale vacuum nullum est in natura, nec separabile extra corpora, nec inseparabile intra corpora.
- Tempus. 29. Tempus est numerus motus secundum prius & posterius.
- Lib. 5. 30. Motus igitur (vt adhuc melius intelligatur) hoc nomine differt à mutatione, quòd mutatio generis instar se ad motum habeat.
- Species motus. 31. Species enim motus vulgò quidem numerantur sex, sed

revera sunt tres, videlicet, alteratio, causa qualitatis: incrementum & decrementum causa quantitatis: quæ seu latior ratione loci.

32. Generatio autem & corruptio proprie non sunt motus, sed mutationes.

33. Quies opposita motui est privatio eius quod potest moveri. *Quies.*

34. Propter hæc tribuuntur rebus naturalibus, esse simul, separatim, intermedium, deinceps, consequenter, & continuum. Item, tangere & continenter moveri.

35. Simul enim sunt, quæ in eodem loco primo continentur: *Simul & separatim sunt.*
è contra separatim sunt quæ in pluribus locis existunt.

36. Tangunt ea se mutuo quorum extrema sunt simul: quæ admodum contiguum vel consequens dicitur id, quod ita est deinceps, ut attingat id, quod proximè antecessit. *Tactus. Contiguum.*

37. Deinceps autem est quod principium sequitur, cum intermedium nihil sit inter illa, quæ sunt eiusdem generis. *Deinceps.*

38. Intermedium est quod prius peruenire solet id, quod mutatur, quàm ad extremum. *Intermedium.*

39. Continuum est quando extrema siue termini, quibus duæ res se attingunt, fiunt idem & unum. *Continuum. Continenter moueri.*

40. Continenter mouentur, quæ nihil aut parum rei non temporis interrumpunt. *ri.*

41. Motus autem dicuntur vni I. genere: II. specie: III. numero: IV. perfectione: V. æquabilitate: & contrariantur inter se, qui sunt ex contrario in contrarium: quemadmodum ea quies contrariatur quieti, quæ res in contrarijs habitibus consistunt. *Motus. Quot modis vnus. Quies contraria.*

42. Hi verò motus, sicut & linea, & planities, & corpus & tempus nequaquam possunt in partes indiuiduas, sed infinite secabiles diuidi. *Lib. VI. Infinita diuisio.*

43. Ex quibus omnibus consecrariū est I. quod nullum indiuiduum possit aut moveri aut quiescere: II. nihil in instanti moveri aut quiescere posse: III. omnem mutationem consistere. *Consect.*

4. in termino ad quem mouetur: IIII, quod quo tempore primum aliquid mouetur aut quiescit, in qualibet eius parte moueatur vel quiescat, ita tamen, ut omne quod primo mutatum est in puncto temporis indiuiduo mutatum sit: V. deniq, quod nec in quietis nec in motus actu possit ullum primum vel dari vel esse.

Lib. 7. 44. Cum igitur ex his pateat motum esse: sequitur ex natus rarelatorum motorem quoq, esse debere.

Quoddam motor sit v- 45. Nihil enim mouetur a seipso sed ab alio, idq, si sit vel at-
tor sit v- tingens vel continuum: quod quia in infinitum progredi non
nus. potest: sequitur vnum esse motorem primum, nempe DEVM
OPT. MAX.

Creatio 46. Quilibet sit vnus, primus & aternus: tamen ipsum
Mundi. mobile siue totam mundi machinam vna cum motu & tempore ex nihilo creauit in principio temporis, id quod Aristoteles ignorauit, nos ex reuelata Dei sapientia scimus & credimus.

Conser- 47. Primus hic motor ita mouet mobile motu videlicet cir-
uator & culari, (qui motuum & primus & maxime continuus, & deni-
guberna- que perfectissimus est) ut ipse non moueatur interim, sed sit
tor Mun- ἀσώματος καὶ ἀταράχου, sine vlla fatigatione conseruans &
di Deus. gubernans res creatas.

Lib. 1. 48. Inter eas iure sibi primas vendicat partes Mundus, qui
de Cælo. nec numero nec magnitudine, nec tempore est infinitus sed fini-
tum systema cæli & terra, rerumq, in his contentarum à Deo
Quid sit & propter Deum conditum.
Mundus.

Cælum. 49. In quo præter quatuor simplicia corpora est quinta quæ-
dam essentia seu ipsum cælum, quod natura sui & leuitate &
grauitate & generatione & corruptione & augmento & de-
cremento vacat.

Lib. II. 50. Differentie partium cæli ita constituuntur, ut superior
Differen- pars ratione quidem primi motus sit polus Antarcticus, in-
tie partiū ferior Arcticus, dextra Oriens, sinistra Occidens, antica Septen-
Cæli. trio, poz

trio, postica meridies, longitudo deniq; distantia polorum à se inuicem: respectu verò secunde conuersionis contrario hæc intelligenda sunt modo.

51. Fertur autem ab Oriente ad Occidentem eo quòd natura melius sit à dextris utpote à præstantioribus partibus motum inchoari & continuari, idq; æquabiliter. Cur mor-
ueatur ab
Oriente.

52. Cælum est globosum & ratione sui totius habet unum sibiq; semper similem motum ad specierum conseruationem: ratione verò partium varias habet conuersiones ad efficiendam rerum varietatem. Motus cæ-
li duplex.

53. Eadem est autem astrorum substantia, qua & orbium quibus ea infixæ sine omni strepitu feruntur. Substantia
stellarum.

54. Ac quo sunt propiores orbes primo mobili eò pauciores habent motus, ideoq; primum cælum plures in se stellas continet, quòd reliquis sit nobilius.

55. Terra verò sita est in medio mundi immobilis, & forma globosa. Terra.
Lib. III.

56. Corpora simplicia secundùm naturam cientur vel à medio ad extremum vel ab extremo ad medium rectà lineâ. Motus
simplici-
cium cor-
porum.

57. Nascuntur autem & intereunt elementa quog; ex elementisq; composita.

58. Est autem elementum in quod cætera corpora, in quibus facultate inest, diuiduntur, ipsum autem in specie differentia diuidi non potest. Definitio
Elementi.

59. Suntq; nec numero nec tempore infinita, sed quatuor duntaxat, ignis, ær, aqua, & terra, ac generantur ex semetipsis vicissim, & alternis propter & τὰ ἀδύνατα sive materiam primam mutatis patibilium qualitatum differentijs. Numerus.
Causa
mutue
genera-
tionis.

60. Differunt enim elementa I. qualitibus primis: II. perpeffionibus & actionibus: III. facultatibus. Differen-
tia Ele-
mentorū.

61. Facultates autem & tanquam anima elementorum sunt gravitas & leuitas, quæ vel simpliciter ita dicuntur, vel comparatione ad aliud. Lib. IV.
Faculta-
tes.

affectionibus elementa sunt obnoxia, quae dum vel mediata, vel
immediate sese contingunt, & in se vicissim agunt ac à se patiun-
tur, generari ea ex sese mixtione necesse est.

72. Mixtio autem est unio mistilium alteratorum, quem-
admodum mistile est quod alieno termino facile terminatur,
facileq; diuiditur, & in aliud simile agit, ab eodemq; patitur.

73. Talia verò mistilia siue elementa, quae superiorum mu-
tationum sunt causa, quatuor esse constat ex numero principio-
rum, quibus ea constituuntur, quae quatuor itidem sunt, calidū,
humidum, frigidum, siccum, ratione quorum mutua illis actio
& passio inest.

74. Calidum per se congregat homogenea, per accidens se-
gregat heterogenea: frigidum congregat homogenea & hetero-
genea: quemadmodum siccum suo: humidum alieno facile ter-
minatur termino.

75. Ex hisce primis qualitatibus oriuntur secunda, ut est
grauitas deorsum: leuitas sursum mouens: durities corpus ta:
qualita-
ctui difficulter: molliities facile cedere faciens: lubricitas corpo-
tes.
ra leuitans: ariditas exsiccans: asperitas inaequalia: leuitas a-
quabilia: crassities minus coherentia: tenuitas contraria red-
dens.

76. Quodlibet autem elementum generatur ex quolibet
elemento ratione prima materia, ita tamen, ut quae vnà tan-
tum qualitate communicant, ea facilius generentur, quae au-
tem utrisq; repugnant qualitatibus, ea difficilius.

77. Ex ijs nascuntur mista corpora beneficio quatuor pri-
marum qualitatū, quibus tota per tota miscentur.

78. Itaq; insunt elementa rebus compositis non planè actū,
nec prorsus potestate, sed quatenus actus eorum confusi misto-
rum sese corporum actibus subiiciunt & exuperantijs eorum mixtis in-
interemptis medium quiddam ex ijs constituitur.

79. Talium corporum alia sunt perfectè, alia imperfectè
mista, quae per excellentiam Meteora dicuntur.

- Diuisio Meteororum. 80. Eorum alia sunt ignea, alia aërea, alia aquea, pro triplici aëris regione.
- Igneae Meteora. 81. Ignea sunt ex calidis exhalationibus, qui vocantur fumi ut est flamma ardens, trabes accensae, caprae saltantes, ignis fatuus, & phasmata, ut sunt colores, hiatus, fouea, stella discurrentes, Cometae, & quorundam sententia, lacteus circulus.
- Flamma ardens. 82. Flamma enim ardens fit cum exhalatio in longum & latum distenditur: cum vero in longum duntaxat porrigitur, sunt Faces, & Caprae, atque stella discurrentes.
- Ignis fatuus. 83. Ignis fatuus est meteorum ortum ex pingui exhalatione, qua frigiditate aeris nocturni condensatur, donec incendatur, & si solitarius est, dicitur Helena: si geminus, Castor & Pollux.
- Cometa. 84. Cometa est exhalatio calida & sicca atque copiosa, paulatim in aere vel igni accensa, ad quam semper plures fumi accumulantur.
- Lacteus circulus. 85. Lacteus vero circulus veriùs esse videtur collucentia multarum stellarum, quam coma circuli exhalatione coacta.
- Aqueae Meteora. 86. Aqueae meteora sunt ex vaporibus ut sunt: nubes, nebula, pluuia, ros, nix, grando & similia.
- Nubes. 87. Nubes est vapor humidus frigore medijs aeris condensatus.
- Nebula. 88. Nebula est vapor proximum nobis aerem obscurans, nec ita humidus, ut in aquam verti, nec ita calidus ut subuehi possit, quiq; decidens in terram, serenitatem: sursum euanescentis pluuias portendit.
- Pluuia. 89. Pluuia est nubes in aquam penitus resoluta, qua si sit impetuosior, nimbus dicitur: si guttatim delabitur, & exad'es nominantur.
- Ros. 90. Ros est vapor, qui per diem ascendens ob paucitatem caloris in locum pluuijs destinatum efferri non potest, sed frigore noctis refrigeratus, & tandem in infima aeris regione liquatus, deorsum fertur.

91. Pruina est vapor in ima parte aeris constrictus & in Pruina.
gelu concretus, priusquam in aquam se vertat.

92. Nix est nubes pluuiæ preparata, quæ tamen antequam Nix.
in aquam resoluetur in media aeris regione à circumstante fri-
gore congelatur, & ventorum agitatione in floccos albicantes
propter copiam spiritus, aeris, & frigoris distrahitur.

93. Grando est pluuiæ in descensu circumstantis aeris frigo- Granda.
re per antiperistasis conglobata & constricta.

94. Quinetiam flumina licet à multis statuatur proma- Fluminū
nare ex mari: tamen probabile esse videtur quòd generentur nō ortus.
solum ex aquis pluuiialibus ac subterraneis: sed etiam ex aere, Lib. 2.
& vapore intra terram refrigerato.

95. Mare verò licet sit receptaculum tertij elementi: tamē Salsedinis
est salsum, partim quòd Sol calore suo dulciorem & ob id leuio- Maris
rem aqua partem extenuet in vaporem, partim quòd à rebus in causa.
eo & littoribus eius nascentibus afficiatur.

96. Quòd autem non augeatur fluminum influxu ratio est, Cur Mare
quòd ea latissime dispergantur in mare, ac proinde nec animad- nō augea-
uertentibus hominibus exsiccentur. tur influ-

97. Ventus est multitudo quadam fumose exhalationis, xu.
quæ ex terra excitata circa eandem vnà cum aere agitur. Ventus.

98. Venti precipui sunt 12. orientales, Cæcias, Subsolanus, Præcipuū
Eurus: meridionales: Phœnix, Auster, Libonotus: Occidentales: venti.
Africus, Fauonius, Corus: Septentrionales: Thrafcias, Aspar-
tias, & Boreas.

99. Terræ motus est exhalatio calida & sicca terra visceri- Terræmo-
bus inclusa, & exitum quærens, quem si ob soliditatem terræ tus.
non inuenit, eam mouere solet.

100. Fit autem vel secundum latitudinem terræ, & dicitur Diuisio.
tremor: vel secundum profunditatem, & dicitur tum hiatus
tum pulsus.

101. Tonitru est sonus, quem exhalatio sicca intra nubes cō- Tonitru.
clusa, & vi ad densiora earum latera, quæ penetrare non potest,
depulsa efficit.

- Fulgur.** 101. *Fulgur est lumen spiritus in tonitruo erumpentis, qui impetuosa ad nubes illusione & extrusione violenta leuiter accenditur, & prius videtur, quam tonitru audiatur, licet simul fiant.*
- Lib. 3.** 102. *Ecnephias seu procella est spiritus densior, qui conferatim ex nubibus secer nitur, quod si fiat cum precipitatione vaporum & uersia dicitur, & subita vis aquae profunditur.*
- Typhon.** 103. *Typhon seu turbo atq; vortex est spiritus magno impetu ex nubibus erumpens, & in alteram nubem impingens, à cuius densitate cum repellatur in gyrum torqueri cum necesse est.*
- Turbo.** 104. *Prestesue turbo accensus est spiritus tenuior, qui dum in terras gyrandofertur, ignem concipit, & contacta inflammat.*
- Fulmen.** 105. *Fulmen est exhalatio spissior è nubibus frigore expressa, que magno fragore nubem perrumpens in terram deuoluitur.*
- Diuisio eius.** 106. *Tria sunt autem fulminum genera, vnum vocatur ægyus, quod pra nimia sua tenuitate terebrat duntaxat & afflat, non incendit: alterum Solous, quod propter subcrauiorem procellosi spiritus vim dissipat, ictuq; rumpit non perforat: tertium est σκντῖος quod propter terrenam suam materiam vrit I. afflando : II. comburendo : III. accendendo.*
- Lapis fulmineus.** 107. *Fit tamen interdum etiam lapis fulmineus, quorundam sententia, cum videlicet fulmen tum proprio tum Solis calore induratur in acumen quoddam eo quod siccitate superius conglutinata vapor admistus effugere nitens ad inferiora tendit, & eam partem crauiorem facit.*
- Halo.** 108. *Area siue corona siue halo est circulus in nubibus ex refractione radiorum luminosi corporis apparens circa Solem, Lunam & cetera sydera.*
- Iris.** 109. *Iris est varia colorum species refractione radiorum Solis repræ-*

li representata in r rulent a nube, qua in minutissimas guttas
r soluitur.

110. $\omega\alpha\eta\lambda\iota$ & siue geminus Sol, & $\omega\alpha\rho\alpha\sigma\epsilon\lambda\lambda\upsilon\nu$ & seu ge- Parclius.
minata Luna est imago Solis & Luna à lateribus eorum in
nube densa aquabili, quiescente, & aquosa, quam refractione ra-
diorum Solis & Lunæ exprimit.

111. $\rho\epsilon\beta\delta\omicron\iota$ seu virga sunt linea recta ex refractione ra- Virga.
diorum Solis in nube in aquabili, in qua colores tantum Solis
cerni possunt.

112. Possunt autem in visceribus quoq; terra ex his exhalat-
tionibus corpora gigni.

113. Nam $\tau\alpha\omicron\delta\upsilon\upsilon\tau\alpha$ siue fossilia fiunt ex siccis exhalationibus Fossilia.
ut est lapis, minium, sulphur, sal, cinabaris & similia:
 $\tau\alpha\delta\epsilon\mu\epsilon\tau\alpha\delta\epsilon\upsilon\tau\alpha$ siue metalla fiunt ex humidis exhalationibus Metalla.
si materia concresecat, eiq; quippiam terræ purioris ita ad-
miscetur, ut indurescat.

114. Hæc secundum Planetarum numerum septem nume- Numerus
rantur, Solis aurum, Luna argentum: Veneris as: Iouis stan- metallo-
num: Saturni plumbum: Martis ferrum: argentum viuum rum.
Mercurij: & diuiduntur in $\kappa\upsilon\tau\alpha$ seu fusilia & $\epsilon\lambda\alpha\tau\alpha$ siue du-
ctilia.

115. Hæc omnia fiunt in elementis ratione primarum quali- Lib. 4.
tatum quæ sunt quatuor, duæ agentes calidum & frigidum: &
duæ patientes siccum & humidum.

116. Primum igitur ab his fit simplex generatio, cui con-
trarius est interitus, qui est putrefactio.

117. Putrefactio autem est corruptio caloris innati per ex- Putrefa-
ternum & aduentitium in humido proueniens. ctio.

118. In rebus verò mistis efficitur etiam concoctio, & eius
species, maturitas, elixatio, assatio: & inconcoctio cum suis
speciebus, cruditas, semielixatione, & semiustulatione,
quibus coheret duri quoque mollis, resiccationis, humectas-
tionis,

tionis, concretionis & densationis explanatio.

- Coctio.** 119. *Concoctio igitur est perfectio, qua naturale calidum absoluit imperfecta corpora, quae sicco humidoque constāt: quemadmodum vice versa inconcoctio est imperfectio ob defectum natiui caloris proueniens.*
- Maturatio.** 120. *Maturatio est concoctio alimenti eius, quod in arborum fructibus inest: eius verò contraria cruditas est incōcoctio fructus alimenti ob defectum caloris innati proueniens.*
- Elixatio.** 121. *Elixatio est concoctio indeterminata rei quae in humido est facta à calore humido: uoluntis verò seu non plena elixatio est inconcoctio crudi succi propter caloris, qui in circumfuso humore inest, penuriam.*
- Assatio.** 122. *Assatio est à calore arido alienoq; facta concoctio: semiassatio uerò est imperfecta assatio propter penuriam caloris.*
- Durum.** 123. *Durum est quod secundum planitiem compressum in se non cedit: eius contrarium molle est quod pressum facile cedit integra manente superficie.*
- Resiccatio.** 124. *Resiccatio est eorum quae vel calescunt vel frigescent, idq; fit calore vel externo vel interno, qui humorem secum exprimit: humectatio uerò fit uno quidem modo, cum quid in aquam vertitur: altero, cum id quod concretum est, liquatur.*
- Humectatio.**
- Concretio** 125. *Concretio est eorum, quae sunt vel aqua, vel mista ex aqua & terra, sitq; vel frigore vel arido calore, vel partim igni*
- Densatio.** *& calore, partim frigore: densatio uero fit, quando abeunte humido id, quod siccum est, coit.*
- Lib. de Anima.** 126. *Post res naturales sequuntur deinceps ea, quae non modo sunt naturalia, sed etiam animata, siue in quibus est anima.*
- Definitio anima.** 127. *Est autem anima $\psi\upsilon\chi\eta$ siue actus primus corporis Physici Organici.*
128. *Facultates eius sunt nutriens, sentiens, loco mouens & intelligens.*
- Nutritio.** 129. *Nutriens est anima vis, quae alimento, quod facultate est corpus*

est corpus animatum, conseruare potest corpus, si conuertat nutrimentum in corpus actu animatum.

130. Ad hanc pertinet generans quoq; facultas qua ad Generationem perpetuam specierum conseruationem simile procreat ei quod uenit nutritur.

131. Sentiens est qua facultate sensilia fiunt actu sensilia. Sensitua.

132. Sensus autem sunt duplices externi & interni: ac externi quidem V. numerantur, Visus, Auditus, Olfactus, Gustus & Tactus. Sensuum diuisio.

133. Visus est qui facultate aspectabile efficit actu aspectabile, cuius instrumentum est pupilla oculi, medium diaphanum seu perspicuum, obiectum color, lux & alia quadam. Visus.

134. Lux est actus perspicui, quatenus perspicuum: color. Verò est mouens actu, perspicuum quatenus perspicuum, & species eius sunt 7. duo extremi, albus & niger: 5. intermedij flavus, puniceus, purpureus, viridis & ceruleus. Lux.

135. Auditus est sensus qui sonos percipit per aerem & aquam, cuius organum generale est auris: speciale aer quidam membranis aurium inclusus, medium tunc seu aer vel aqua, obiectum sonus, siue qualitas ex collisione duorum corporum solidorum in aere excitata. Auditus.

136. Odoratus est sensus quo odores per aquam & aera percipimus, cuius organum est membrana quadam mollis & alba in suprema angustaq; narium parte: medium diuersum siue aer & aqua à sicco & sapido imbuta: obiectum odor siue affectio Odor. quadam sicci sapidi in humido. Olfactus.

137. Gustus est sensus, quo sapes percipimus, cuius medium est internum organum lingua: obiectum sapor, qui est affectio quadam sicci in humido per calorem generata, que gustum de potentia in actum traducit. Gustus.

138. Tactus est sensus, quo corporis, quatenus corpus est, differentias siue elementorum qualitates percipimus, cuius medium externum est cutis: internum nervi, & quicquid est nervi.

D uosum:

nosum: obiecta quàm prima tam secunda qualitates: organum
in toto corpore.

Communia obiecta sensuum. 139. Horum omnium sensuum communia sunt obiecta s. motus, quies, figura, magnitudo & numerus.

Lib. 3. 140. Sensus verò interiores sunt tres, sensus communis, phantasia & memoria.

Sensus communis. 141. Sensus communis est locus ad quem omnia, qua exteriores sensus percipiunt, afferuntur, ubi à sentiente anima vidijudicantur: cuius sensus communis organum est cerebrum, quod sua quidem natura videtur non sentire sed tantum sensuum sensiones percipere.

Phantasia. 142. Phantasia seu imaginatio est, qua species à sensibus perceptas etiam absentes perspicit, earumq; imagines retinet.

Memoria. 143. Memoria est interna anima sentientis facultas conceptarum rerum imagines conseruans & ex praterito tempore prompte reuocans, qua cum reminiscencia nequaquam est idem.

Recordatio. 144. Est enim recordatio ratiocinatio quaedam, qua ex prioribus & notis ad posteriora & minus nota progredimur, eorumq; notitiam inuestigamus.

145. Ex quibus patet recordationem in rationalia duntaxat animalia cadere posse: memoriam verò in bruta quoq;

Intelligens mens. 146. Tertia facultas anima est mens seu intelligentia, cuius organum nullum: obiectum autem est intelligibile, quod vel caret omni materia, estq; vovdy actu: vel cum materia connexum, idq; consideratur vel ex φυσικῆς Physicè, vel μαθηματικῆς Mathematicè, vel ut ἀπλῶς ὄν Metaphysicè.

Patibilis mens. Agens. 147. Mens primùm alia est patibilis, qua cum inferioribus anima gradibus coniuncta interit: alia agens cuius operationes sunt tres apprehensio simplicium, compositio & diuisio rerum intelligentiâ comprehensarum, & deniq; διαλογισμῶν sive discursus atq; ratiocinatio.

148. Appre-

148. *Apprehensio simplicium est cum species apprehenduntur absq; affirmatione & negatione, in qua cognitione varietas duntaxat est, nulla veritas aut falsitas.* Apprehensio simplicium.

149. *Compositio & diuisio est cum de simplicibus aliquid affirmatur aut negatur, partim componendo, partim diuidendo.* Compositio & diuisio.

150. *Discursus est qui diuersas res inter se confert, & quid verum aut falsum sit ratiocinando colligit.* Discursus

151. *Agens intellectus alius est theoreticus cuius finis est verum aut falsum: alius practicus cuius finis est bonum prosequendum, & malum fugiendum.* Theoreticus intellectus. Practicus.

152. *Quarta facultas animæ est ea, quæ animal de loco ad locum mouetur.* Locomotiva.

153. *Mouet autem loco ipse appetitus, qui si coniungatur cum ratione: voluntatem constituit motricem: si cum phantasia, gignit cupiditatem.* Appetitus mouens loco.

154. *Tria igitur sunt in motu animalium necessaria: I. In motu motum quod est animal: II. mouens quod vel est immobile, bonum videlicet ipsum, siue sit verum siue apparens: vel mobile ut est appetitus, qui & mouet spiritus animales, & à bono quod expetit mouetur: III. quod mouetur est organum in quo duo sint immobilia necesse est vnum internum videlicet flexura cuiusq; membri: alterum externum cui animal innititur.* Tria necessaria.

155. *Breuius motus animalium ita fit, ut bonum ipsum sensibus perceptum moueat appetitum, appetitus spiritus animales, hi neruos, nerui musculos, illi compagem cieant ossium quibus motis vel totum vel pars moueatur oportet.* Modus motus animalium.

156. *Cum verò nec mouentur actu nec sentiunt animalia: tunc priuatio sentiendi somnus, habitus verò vigilia nominatur, quæ nec corporis nec animæ sunt affectiones propriæ sed vtriusq; communes.*

Somnus. 157. Est igitur somnus quies animalium facultatum ab utili humore cerebrum madefaciente proveniens.

Somnium. 158. Somnium verò est visum ex sensuum reliquijs ortum dormientibus animalibus occurrens quatenus dormiunt.

159. Hæc aut sunt signa eorum quæ in corporibus eueniunt aut causa actionum vniuscuiusq₂, aut fortuita, aut deniq₃ diuina vel demoniaca.

Causa
Physica
longæ &
breuis vi-
tæ: iuuen-
tutis &
senectutis. 160. Quòd autem quadam animalium sint longioris, quadam breuioris vitæ, id fit ratione radicalis humidi, quod si citò à calido absumatur, vita breuis: si benè temperetur eo, vita longa (Physicè loquendo) efficietur: id quod etiam de iuuentute & senectute, atq₃ aded de vita & morte iudicari debet.

161. Vt verò hæc tota Physices doctrina perfectior esset: historias animalium Aristoteles libris X. partes IV. generationem V. comprehendit non indignis octoginta talentis quæ Alexander Magnus in eos contulit.

METAPHYSICA.

Eib. 1.

Ostenditur an Metaphysica 1. Metaphysica est scientia contemplatiua entis, quatenus ens, & affectionum, quæ ei per se insunt.

2. Scire autem omnes homines naturam desiderant, & ad cosit, quid, gnitionis atq₃ doctrina cupiditatem innato quodam impetu qualis & trahuntur atq₃ ducuntur, quippe in qua excellere pulchrum quare sit. putant, labi verò & malum & turpe iudicant.

Naturalis amor sciendi. 3. Propterea enim cum alios sensus amamus, tum in primis aspectum, quòd ad comparandam rerum cognitionem per se plus, quàm ceteri, ponderis habeat.

Amor sensuum. 4. Quibus sensibus quamuis & reliqua polleant animantia brutia, idq₃ multo, quam homines, magis diuersam tamen ab his inferioremq₃ cognoscendi rationem obtinent.

Differentia cognitionis humane & brutæ. 5. Nam eorum quidem solis quadam sensibus, quadam memoria, quadam prudentia, quadam deniq₃ veluti disciplina brutæ. quadam sunt cognitionis participia: genus verò humanum vis

nit ratione, experientia & arte.

6. Hec autem in hominibus ita sunt, ut quemadmodum Experientia
crebrior eiusdem rei memoria perficit unius experientia vim: ita
ita frequens experientia gignat artem.

7. Qua licet superetur ab experientia respectu actionis: ta-
men ratione cognitionis est superior, ex qua homines iudican-
tur sapientes magis, quam ex actione.

8. Inter artes autem & scientias Theoretica practicis ex-
cellunt, eo quod maiore constant cognitione, diuturnioreq; cum
tempore tum labore inuenta sunt.

9. Ex quibus colligi potest Metaphysicam versari circa pri-
mas rerum causas, primaq; principia.

10. Eius enim est requisitum 1. scire: 2. posse docere: 3. res Requisite
omnes uniuersaliter: 4. difficiles: 5. contemplatiuas: 6. reli- sapientia.
quis praestantiores & dominantes: 7. non solum quod sint, sed
etiam cur sint.

11. In causis autem enumerandis & statuendis veteres Phi- c. 3. 4. & c.
losophi varijs errarunt modis, cum generaliter nec plures sint,
nec pauciores, quam quatuor numero, videlicet materia, for-
ma, efficiens & finis.

12. Et si autem prima principia quodammodo nobis natu- c. 1.
raliter nota sint: interim tamen non parua est difficultas co- Lib. 2. de
gnoscendi veritatem, idq; fit in immaterialibus quidem rebus uestigade
ex parte intellectus nostri: in materialibus autem ex parte veritatis.
ipsarum.

13. Impossibile est enim nos in hac vita substantias separa- Imbecilli-
tas essentialiter cognoscere, cum intellectus mentis nostrae sic ha- tas mentis
beat sese ad ea, quae natura sunt omnium manifestissima, quem- in diuinis.
admodum OCVLI VESPERTILIONVM ad lumen
diurnum.

14. Quod verò sit aliquod primum omnium rerum princi- c. 2.
pium, patet ex eo, quod nec possit dari progressus in infinitum in Esse vnum
ullis causis, nec queant infinita eiusdem rei esse causa, nisi in ac- primum
principiū.

cidentaliter ordinatis & sibi inuicem succedentibus.

- c. 3. 15. *Sed in cognoscendis & hisce rebus & alijs omnibus quæ admodum plurimum discentes consuetudo & naturalis inclinatio impedit: ita mirificè iuuat Dialectica siue sciendi modus, & conueniens tractatio scientiarum, in quibus oportet certitudinem inuestigari secundum naturam subiectæ materia.*
- Impedimēta & adiuuenta doctrina.
- c. 1. 16. *Quoniam verò nemo feliciter ligaturam aliquam soluet, nisi prius nodū eius sciat, & hand facile quis ad metā perueniet, nisi prius itineri suo scopum presigat, ad quem perueniendū sibi sit, idcirco non inconueniens fuerit præcipuas huius scientiæ dubitationes breuiter in primis & proponere & dissoluere.*
- Lib. 3. de 15. quæstionibus arduis.
- c. 2. 17. *Est igitur Metaphysici munus considerare 1. causas omnes: 2. principia eaq; cum substantiarum tum scientiarum: 3. substantias omnes quatenus sunt substantiæ: 4. propria substantiarum accidentia.*
- Quæ sint considerata Meta physico.
18. *Præter sensiles substantias, aliæ separata, quæ sint idea, non existunt.*
19. *Sed neq; magnitudines neq; numeri, nec deniq; reliqua Mathematica entia sunt in substantiarum colonijs censenda.*
- c. 3. 20. *Verū tam materia & forma ex quibus tanquam partibus res naturales componuntur: quàm genus & differentia, ex quibus tanquam predicatus essentialibus res constituuntur principiorum nomen merentur.*
21. *Magis tamen vniuersalia magis etiam sunt principia in genere causæ materialis: minùs autem vniuersalia in genere causæ formalis.*
22. *Præter causam verò materiale alia causa per se siue essentialis rerum naturalium non est, quæ videlicet extra singularia existeret.*
23. *Quidditas substantiæ materialis, si conferatur cum ijs, quibus primò conuenit, vt humanitas cum homine communi: re ipsa à substantia, cuius est quidditas, non differt, nisi solo concipiendi ac significandi modo: si verò comparetur cum ijs, quibus se-*

cundaria ratione siue mediata conuenit, ut humanitas cum Son-
crate, tum aliud est à substantia, cuius ipsa est quidditas.

24. Principia interna uidelicet materia & forma non sunt
eadem numero comparatione diuersorum, sed eadem specie, aut
genere, aut analogia, iuxta identitatem eorū, qua illis constant.

25. Verū quoniam multa possunt effici ab eodem agente
numero & propter eundem numero finem: imò verò cum om-
nia, qua fiunt, sint effecta primi agentis ac supremi finis idcir-
co extrinseca principia uidelicet efficiens & finis numero pos-
sunt esse.

26. Rerum autem corruptibilium & incorruptibilium ex-
ternum atq; primarium quidem principium est vnum & idem
nempe Deus Opt. Max. interna verò principia non sunt eadem
nisi secundum analogiam, ita ut incorruptibilium principia
sint corruptionis expertia, corruptibilium verò corruptibilia
non quidem per se, sed per accidens.

27. Ens & vnum si accipiantur pro primo, simplicissimo, ac
independente vno ac ente, quod est Deus Opt. Max. non est sub-
stantia rerum omnium, sed causa exemplaris & efficiens: si su-
mantur transcendentem pro indiuisa rerum omnium essentia,
tum erit substantia rerum omnium, sed non separata à singulari-
bus: si deniq; usurpetur ens quidem pro quantitate continua,
qua quidem est immediate vna vnitatem numerali: vnum verò
pro vnitatem numerali: tum neutrum est substantia rerum, sed
potius ambo corporeis substantijs accident.

28. Principia rerum sunt actu & non potentia excepta ma-
teria, qua cum potentia sit, reducitur ad actum per ens actu:
tum verò principia ut vniuersalia sunt, non sunt principia,
sed quatenus singularia, in quibus omnis actio versatur.

29. Quatuor sunt autem precipue, qua ad cuiusq; scientia
constitutionem pertinere videtur, nempe subiectum, subiecti
partes, propriae passionem, ac deniq; principia.

30. Principio igitur subiectum Philosophia prima est ens ita

prima Philo-
sophia. ut sua latitudine Deum & creaturas comprehendat.

31. Quod quamuis ita se habeat. inde tamen non sequitur reliquas scientias subalternari Metaphysica saltem subalternatione totali, nisi secundum quid & improprie.

c. 2. 32. Quod secundum attinet: partes entis sunt ipsa decem Partes entis. summa rerum genera, de quibus principaliter tractare Metaphysici munus est, ita tamen ut magis substantias, quam accidentia consideret.

Passiones
entis. 33. Vera autem passiones siue ultima differentia entis sunt unum, aliquid, res, verum, & bonum: quae & Transcendentia nuncupantur, & inter quae ratione quidem rerum nullus est ordo, sed intellectus respectu.

34. Haec cum τῷ εἶναι siue realiter conueniant, & τῷ λόγῳ duntaxat siue ratione differant: huiusce primae Philosophiae fuerit & de his & de reliquis omnibus ad has entis passiones pertinentibus disputare.

c. 3. 35. Quod postremum spectat requisitum: non minus etiam Principia. axiomata & communia scientiarum principia considerare debet Metaphysicus, quam superiora.

c. 4. 36. Inter omnia verò principia hoc est & ordine primum & robore firmissimum: Fieri non posse, ut idem simul insit & non insit.

37. Quod absolutè quidem non, sed elenchiè potest demonstrari ratione hominum redarguendo videlicet negantes cognitione sensitua.

c. 5. 38. Ex quo sequitur primum quòd impossibile sit duo contraria simul esse vera, aut inter ea medium dari: deinde quòd non omne apparens sit verum: praeterea quòd non omnia sint vera nec omnia falsa: tum deniq; quòd nec omnia quiescant nec omnia moueantur, sed quòd quaedam nunquam moueantur, qualis est Deus: quaedam semper moueantur, quale est caelum: quaedam aliquando moueantur, aliquando quiescant, quales sunt res naturales.

39. *Principium dicitur VII. modis: 1. magnitudinis siue* c. 1.
motus: 2. id unde actio commodè inchoatur: 3. pars primò exi- Principiū.
stens: 4. efficiens naturaliter: 5. efficiens electione: 6. efficiens Lib. 5. de
arte: 7. principium cognoscendi. distinctio-
 40. *Hic & reliqui omnes modi reducuntur ad hanc genera-* nibus ter-
lem principiorum definitionem, qua dicitur principium esse id, minorum
unde aliquid primum aut est, aut fit, aut cognoscitur. Metaphy-
 41. *Causa dicitur 1. ut materia: 2. ut forma: 3. ut efficiēs:* sicorum.
 4. *ut finis: & diuiditur 1. in priorem & posteriorem: 2. in per* c. 2.
se, & per accidens: 3. in complexam & incomplexam: & utraq; Causa.
harum in causam potentia, & actu.
42. *Elementum est 1. vocum literatarum: 2. rerum natu-* c. 3.
ralium: 3. demonstrationum Mathematicarum. Elementū
43. *Natura dicitur 1. generatio viuentium: 2. pars que* c. 4.
prima in viuētib; generatur: 3. internum principium cuiusq; Natura.
rei naturalis: 4. materia prima: 5. forma substantialis: 6. qua-
libet substantia habens modum formæ.
44. *Necessarium dicitur 1. sine quo res viuere aut esse non* c. 5.
potest: 2. sine quo nec bonum comparari aut conseruari, nec ma- Necessa-
lum abici aut vitari potest: 3. quod est violentum: 4. quod ium.
aliter se habere nequit.
45. *Vnum consideratur vel realiter, vel logicè, & hoc mo-* c. 6.
do consideratum dicitur 1. numero: 2. specie: 3. genere: 4. ana- Vnum.
logia.
46. *Realiter sumptum dicitur, vel per se, vel per accidens:*
& per se quidem dicitur indiuisione 1. continui: 2. formæ:
 3. *materia: 4. rationis siue rei: 5. definitionis: per se verò 1. sub-*
iectum & accidens: 2. duo accidentia respectu vnius subiecti:
 3. *duo subiecta ratione vnius accidentis.*
47. *Plura quoq; dicuntur totidem modis quot vnum, pro,* Plura.
pterea quod quot modis dicitur vnum oppositorum, tot modis
dicitur & alterum.

c. 7^o. 48. *Ens aliud est per se, aliud per accidens, & per se quidem dicitur* 1. substantia: 2. qualitas: 3. quantitas: 4. relatio: 5. actio: 6. passio: 7. existentia in loco: 8. existentia in tempore, qua sunt *velentia actu velentia potentia, quibusq; modis entis & situs & habitus adiungi possunt: per accidens verò dicitur* 1. cum accidens de accidente: 2. cum accidens de subiecto: 3. cum subiectum de accidente predicatur.

c. 8. 49. *Substantia dicitur* 1. de primis substantijs, ijsq; sensibilibus: 2. de formis: 3. de essentia rerum, qua definitione solet explicari.

c. 9. 50. *Idem vel est per se, vel per accidens, idq; cum accidens: de accidente: 2. cum accidens de subiecto: 3. cum subiectum de accidente: 4. cum simplex predicatum de composito subiecto: 5. cum composito subiectum de simplici predicato dicitur.*

Diuersa. 51. *Diuersa sunt* 1. specie: 2. numero siue materia: 3. definitione & ratione substantia quantumlibet ea sit generica.

Differen- 52. *Differentia dicuntur* 1. qua licet eadem sint genere, numero, specie: tamen in aliquo sunt diuersa: 2. qua ita sunt genere diuersa, ut in eis nec analogica quidem conuenientia cernatur: 3. qua sunt eiusdem generis differentia: 4. quacumq; in essentia habent aliquam diuersitatem.

Similia & 53. *Similia & dissimilia dicuntur* 1. qua idem passa sunt: dissimilia. 2. qua sunt plura eadem, quam diuersa: 3. quorum qualitas est eadem: 4. qua pluribus contrarijs, iisdemq; alterantibus praedita sunt.

c. 10. 54. *Opposita dicuntur* 1. contrariè: 2. contradictoriè: 3. re-
Opposita. latine: 4. priuatiue.

Contraria 55. *Contraria sunt vel per se vel per aliud, & per se quidem per se.* 1. qua cum genere differant, simul eidem inesse nequeunt: 2. qua sub eodem genere: 3. qua in eodem susceptiuo: 4. qua inter ea, qua cadunt sub potentiam: 5. qua aut genere, aut specie, aut simpliciter PLVRIMVM DIFFERVNT.

56. Contra

56. *Contraria per accidens sunt* 1. in quibus sunt contraria *Cōtraria*
2. quæ habent peculiare propensionem ad suscipienda contraria: per acci-
3. quæ contrarijs aut afficiunt aut afficiuntur, aut afficere aut *dens.*
affici possunt. 4. quæ sunt contrariorum abiectiones aut acce-
ptiones: 5. quæ sunt contrariorum habitus.

57. *Diuersa specie dicuntur* 1. quæ genere quidem conue- *Diuersa*
niunt, sed interim non subalternantur: 2. quæ ita conueniunt *specie,*
genere, ut sint eiusdem diuisionis membra per differētijs oppo-
sitās: 3. quæ habent aliquam contrarietatem essentia, licet gene-
re non conueniant: 4. quæ sunt contraria & in primis per se.

58. *Prius & posterius dicitur vel ratione alicuius primi,* c. 11.
quod principium sit in certo aliquo rerū genere, vel quod illi pro- *Prius &*
pinquius est, idq. 1. loco: 2. tempore: 3. motu: 4. potestate: 5. ordi- *posterius.*
ne: vel respectu cognitionis, idq. aut ratione aut sensu: vel deniq.
natura idq. 1. quæ non simul tolluntur cum alijs, sed cū ijs cetera:
2. quoad substantiam & accidens: 3. quoad potetiam & actum.

59. *Quemadmodum autem potentia dicitur* 1. principium c. 12.
mouendi: 2. quo quid mouetur. 3. quo bene possumus operari: *Potentia.*
4. virtus qua corrumpentibus resistitur: ita *POTENS* dicitur *Potens.*
1. quod in se habet principium mouendū: 2. quo possit moueri:
3. quod non habeat principium per quod corrumpatur:
4. quod habeat principium bene operandi aut patiendi.

60. *Quantum vel est per se vel per accidens, & per se qui-* c. 13.
dem dicitur 1. quod secundū essentiam est quantum: 2. quod est *Quantum*
passio substantialiter consequens quantum: per accidens verò
dicitur 1. quod est in subiecto quanto: 2. quod habet continui-
tatem & diuisionem.

61. *Quale dicitur* 1. substantialis differentia: 2. omne illud c. 14.
accidentarium, quod Mathematica reddit qualia: 3. omnis pas- *Quale.*
sio alterationum: 4. habitus & dispositio.

62. *Ad aliquid dicitur vel per se vel per accidens, & per* c. 15.
se quidem: 1. κατὰ τὴν οὐσίαν ἢ κατὰ τὸν ἕνα ἢ κατὰ τὸν δύο, siue secundū ex- *Ad ali-*
cedens *quid.*

71. Negatio dicitur 1. priuatio: 2. si quid defectiue ha- Negatio.
beat: 3. si quid parum habeat: 4. si quid non facile aut non be-
ne.

72. Habere dicitur 1. quod alteri dominatur: 2. cum agens c. 23.
habetur à patiente & materia à forma: 3. continens: 4. prohi- Habere.
bens.

73. Ex aliquo esse significat 1. ut ex materia: 2. ut ex to- c. 24.
to aliquo, & primo mouente: 3. ut ex composito: 4. ut species ex Ex aliquo
tota parte subiecta speciei. esse.

74. Pars significat 1. integram: 2. subiectiuam: 3. essen- c. 25.
tialem Physicam: 4. essentialem Metaphysicam. Pars.

75. Totum aliud est vniuersale, aliud ex pluribus coniu- c. 26.
ctum: & hoc aliud integrale, aliud essentialē Physicum, aliud es- Totum.
sentialē Metaphysicum. c. 27.

76. Mutilum ut aliquid sit requiritur 1. ut sit diuisibile Mutilum.
in partes: 2. ut totum adhuc respectu mutilaminis censeri pos-
sit: 3. ut partes habeant naturalem ordinem in toto: 4. ut sit
continuum.

77. Genus dicitur 1. generatio continua: 2. principium ge- c. 28.
neris: 3. subiectum genus: 4. predicabile sive vniuersale. Genus.

78. Diuersa genere sunt 1. quorum materia diuersa est: Diuersa
2. quæ diuersis categorijs continentur. genere.

79. Falsum dicitur 1. re, idq. aut de eo, quod non est, sed esse c. 29.
dicitur, vel cum reditione ad verum, vel sine reditione: aut Falsum.
principaliter de eo, quod ratione sui est aliquid non tamen est
illud, quod apparet. 2. de definitione: 3. de homine.

80. Accidens dicitur 1. quod contingit alicui inesse: 2. c. 30.
quod per se quidem alicui conuenit, sed non est substantia eius. Accidens.

81. Tria sunt autem duntaxat genera scientiarum specula- c. 1.
tiuarum, videlicet Mathematica, Physica & Metaphysica, quæ Lib. 6.
Theologia quoq. nuncupatur, quod partim circa separatas sub- Tres esse
stantias partim verò circa essentialiam diuinam versetur. theoreticas scien-
tias.

82. Et si verò cetera quoq. scientia considerant particulariter ens, quo ad proprium genus & propriam differentiam: tamen id faciunt auxilio primæ Philosophiæ, cuius solius est considerare & τὸ ἢ ἢν^{ess}, seu quidditatem rerum, quoad predicata communissima & vniuersalia.

- c. 2. 83. Accidentium nulla est scientia, nisi quod ad rationem
Accidentium nullam scientiam. communem, propterea quòd accidentia nec semper nec ut plurimum sunt, sed τὸ ἢν ὄν^{ess}, siue non enti valde propinqua.
- c. 3. 84. Principia & cause sunt tales ut orientur & occidant sine generatione & corruptione.
- Lib. 8. de primo ente. c. 1. 85. Quæcumq. autem eueniunt à proximis causis aut necessario aut contingenter eueniunt.
- c. 2. 86. Substantia reliquis entibus prior est natura, tempore,
c. 3. cognitione & definitione.
- c. 4-5. 87. Quoniam verò substantia dicitur 1. τὸ ἢ ἢν^{ess}, siue
Quidditas rerum. quidditas rerum: 2. subiectum siue substantia prima, & hæc vel ut materia, vel ut forma, vel ut ex his composita: dicendum de ijs ordine.
- c. 6. 88. Ac principio quidem illa quidditas rerum siue essentia
Quidditas rerum. qua definitione explicatur, primò ac simpliciter ipsis substantijs competit: secundariò verò & κατὰ τὸ ἢn accidentibus quoq. tribui potest.
- c. 6. 89. Sed τὸ ἢ ἢν^{ess} seu quidditas ἢν τὸ ἢn^{ess} seu unum
c. 7. quodq. rerum idem sunt in ijs duntaxat quæ per se dicuntur, non autem in ijs, quæ per accidens.
- c. 8. 90. Sensibiles autem substantiæ nequaquam generantur ab
c. 9. ideis, ut Plato dixisse videtur, sed à similaribus & indiuiduis.
Quomodo forma inducitur. 91. Impossibile est etiam in materia præexistere formam generandam vel eius partem, ut cooperetur agenti ad sui productionem, sed agens naturale disponit materiam, & educit formam de potentia materie.
- c. 10. 11. 92. Cumq. definitio omnis sit λόγος & inuestigeturq. compositione

stione & diuisione, quæ sine partibus esse nequeunt: eam cerè
partibus carere verisimile non fit.

93. Partes igitur definiti siue speciei sunt priores toto: sed
partes materia comparatae quidem toti sunt posteriores: sed
quatenus principium prius est principiatio, sunt priores toto.

94. Ille verò partes sunt genus & differentia, quæ cum non
distinguantur realiter, ex ijs fit vnum per se: sed ex subiecto &
accidente nequaquam fit vnum, cum ea realiter distinguantur,
& neutrum eorum sit in pura potentia. c. 12.
Partes de
finitionis.

95. Nullum autem vniuersalium, aut eorum quæ vniuer-
saliter predicantur, significat rō dē rī siue hoc aliquid, sed quale,
ac proinde nulla idea possunt esse separabiles substantia. c. 13. 14.

96. Singularium siue corruptibilium siue incorruptibilium
proprie nec definitio nec demonstratio potest esse. c. 15.

97. Quidditas autem est principium & causa, sed non ma-
terialis, verum formalis. c. 16.

98. Explicata breuiter illa substantia specie, quæ quidditas
dicitur, quæ definitione comprehenditur, sequitur vt de sen-
sibilibus siue compositis quoq; substantiis agatur, quæ constant
ex materia & forma, tanquam principiis intrinsecis, quorum
hoc actu, illud verò potentia est. c. 1. 2.
Lib. 8. de
materia
& forma
principijs
constituē-

99. Nomen autem speciei in substantiis compositis non for-
mam duntaxat, sed etiam compositum significat, hocq; prius
quàm illud. -tibus sub-
stantiam.

100. Ac forma quidem rei sensibilis non est tota essentia
eius, sed tantum pars, præter partes materiae aliquid existens,
& per se nec generabilis, nec corruptibilis, sed per accidens tan-
tum. c. 3.

101. Rerum verò corruptibilium forma materiales à mate-
ria non sunt separabiles sed immaterialis duntaxat, qualis est
anima intellectiva siue rationalis. Forma
materia-
lis & im-
materia-
lis.

102. Ac licet formæ rerum non sint numeri: tamen assimi-
lantur Quomodo

formam laur quodam modo numeris, quatenus videlicet indiuisibiles
meris si- & cum intensiois tum remissionis expertes sunt.
miles.

c. 4.

103. Materia verò prima rerum omnium generabilium
& corruptibilium est eadem: sed secundaria non est, verum di-
uersarum diuersa.

Causa di-
uersitatis
rerum.

104. Sed multitudo diuersitasq; rerum tam varia, proue-
nit, partim ab agente, partim verò ex diuersitate formarum
specificarum.

105. Quemadmodum autem accidentia priuatiua non ha-
bent materiam, quæ sit ens in pura potentia, sed materia eorum
est substantia: sic nec accidentia positiua habent materiam ex
qua, cum nec generentur, nec corrumpantur per se, sed per acci-
dens.

c. 5.

106. Eorum contrariorum, quorum cum vnum est in actu,
alterum in potentia, & vicissim, materia indifferenter se habet
ad contraria, sine ordine prioris aut posterioris: in ijs verò,

c. 6.

quorum vnum præsupponit alterum præcessisse in materia: tunc
prius respicit materia habitum, quàm priuationem.

uomodo
efinitio
na.

107. Definitio verò licet sit ex partibus composita: tamen
significat vnum per se, propterea quod vna quidem partium
eius potentia, alia verò actu sit.

ib. 9. de
ente per
potentiam

108. Cum potentia & actus non possint idem esse: diuisio en-
& actum tis in actum & potentiam facta videtur realis esse.

diuiso.

109. Diuiditur autem potentia primùm in actiuam & pas-
suam: deinde in rationalem & irrationalem, quarum prioris dua
sunt species intellectus & voluntas.

actiua &
passiua.

110. Hæ potentia rationales possunt agere in opposita eodem
tempore & respectu eiusdem, sed irrationales non.

Rationa-
lis & irra-
tionalis.

111. Ex quibus patet Megaricos errasse, qui statuerunt nul-
lum inter potentiam & actum discrimen esse.

c. 3.

112. Quin etiam potest quoddam inueniri possibile, quod
nec est nec futurum est.

c. 4.

113. Cumq̄ potentiārum alia natura nobis insint, alia consuetudine, alia doctrina: in potentis acquisitiuis actus prior est & acquire tempore quā potentia, in passiuis verò non item.

Naturalis
& acqui-
sitiua po-
tentia.

114. Omne etiam secundum rationem potens, necesse est, ut cum appetat id, cuius potentiam habet, & uti habet, hoc faciat.

c. 5.

115. Quemadmodum igitur potestate est illud quod est, vel quod quamuis non sit, possit tamen esse: ita actu est, veluti verbi gratia, edificans ad edificatum, vigilans ad dormiens & similia.

c. 6.
Potestate
esse & a-
ctu esse
quid.

116. Actus prior est quā potentia & λόγῳ, & ἰσὶς ἢ γένῳ sine ratione essentia & tempore: ac propterea aeterna actu subsistunt non potentia, quandoquidem potentia contradictionis & corruptionis compos esse potest.

c. 8.
Actus quo-
modo pri-
or poten-

117. Actus autem in bonis est prestantior potentia, in malis verò deterior: ac proinde ea quae potentia sunt inveniuntur ad actum redacta.

tia.
c. 9.

118. Cumq̄ ens & non ens dicatur partim secundum figuram categoriarum, partim secundum potentiam & actum, partim deniq̄, ac praecipue secundum verum & falsum: patet quòd circa simplices substantias ignorantia, circa definitiones autem deceptio contingat, sed per accidens, ac in rebus necessariis necessaria, in possibilibus autem possibilis sit veritas.

c. 10.
Veritas
necessaria
& possibili-
lis.

119. Et quoniam vnum pro ratione huius loci significat 1. continuum: 2. totum: 3. singulare: 4. vniuersale: mensuram quantitativam esse conuenit vni, quod est principium numeri, & ab eo deriuatur ratio mensurae ad alias res omnes.

c. 1.
Lib. 10. de
vno cum
per se tum

120. Cumq̄ mensura alia sit extrinseca, alia intrinseca: extrinseca mensura essendi & cognoscendi alicuius est perfectissimum & primum eius generis: intrinsecum verò est forma rei & quantitas.

collatiuè
sumpto.
Mensura
rerum.

121. In omni verò genere ipsum vnum aliqua natura est, sed tamen nullius hoc ipsum natura est.

c. 2.

F

122. Cumq̄

122. Cumq; unum & multa sint opposita, oppositorumq; omnium principia propterea quod ad unum referatur idem, aequale & simile: ad multa vero diuersum, inaequale, dissimile: unum prius est multitudine ipso natura respectu, ratione vero cognitionis multitudo est prior illa.

c. 4.
Contrarietas perfecta & imperfecta.

123. Inter contraria est maxima differentia & distantia, non absolute quidem, sed sub eodem genere, ac proinde contrarietate perfecta unum uni est contrarium, sed imperfecte plura possunt uni contrariari & e contra.

Contradictio.

124. Oppositio vero contradictoria est prima & maxima oppositorum, ac priuatio quoq; quodam modo est contradictio.

c. 5.
Aequale quomodo duobus opponatur.

125. Ac licet unum uni opponatur: aequale nihilominus opponitur duobus magno videlicet & paruo priuatiua negatione, quatenus aequale nec est magnum nec paruum, sed medium quiddam, quod suapte natura utrunq; possit esse.

c. 6.
Numerus & multitudo.

126. Quemadmodum autem unum & multa opponuntur relatiue: ita numerus vniuersaliter quidem sumptus conuertitur cum multitudine: quatenus vero est quantitatiuus, est quasi genus numeri.

c. 7.
Medium.

127. Medium vel pure negatiue, vel priuatiue, vel essentialiter sumptum non est eiusdem generis cum extremis: moraliter autem sumptum est in eodem genere cum extremis, ac proinde media, quae sunt inter contraria, sunt ex ipsis contrarijs.

c. 8.

128. Quae specie sunt diuersa, in eodem sunt genere, & species ac differentia generis non opponuntur nisi contrarietate imperfecta.

c. 9.
Contrarietas alia ex forma alia ex materia.

129. Contrarietas autem sumpta ex formis substantialibus ostendit diuersitatem speciei inter res & earum formas: sumpta vero ex materia & accidentibus non ostendit, licet ipsa specie differant.

130. Corruptibilia & incorruptibilia differunt genere physico non autem logico, vel (si mauis) genere subiecto, sed non praedicationis.

131. Sapientia

131. *sapientia est autem siue Metaphysica (ut explicatius Lib. II. adhuc aliquid de subiecto eius dicatur) considerare demonstra-
tiua principia, substantias, accidentia, causas, vniuersalia, ma-
thematica, sensibilia, principia, elementa, prima genera, & re-
liqua, quacunq; sunt entia, quatenus entia.*

132. *Multorum enim & specie diuersorum vna potest esse
scientia, si non equiuocè, sed secundum aliquod commune dica-
tur vna: ac proinde nihil impedit, quominus & Mathematica
& Physica quodammodo partes prima philosophiæ dicantur.*

133. *Quin etiam: non posse vnam rem vno eodemq; tempo-
re esse vel non esse: deinde non hominem esse rerum mensuram:
præterea nõ plura esse scientiarum theoreticarum genera, quam
tria: tum deniq; entis per accidens scientiam non esse ad confir-
mationem pertinet eiusdem prima philosophiæ.*

134. *Iam verò actum eius, quod est potentia, ut est tale,
motum esse: deinde corpus actu infinitum non existere: tum de-
niq; nec motus plures tribus esse: & doctrinam Physicam de
motibus & mutationibus veram esse: an non primo philosopho
probandum fuerat?*

135. *Cumq; substantia sit prima pars entis, & substantia sen-
sibilis constet ex materia & forma: ponendum est neutrum eo-
rum principiorum per se generari posse.*

136. *Principia verò, cause, elementa, quodammodo sunt
eadem quodammodo diuersa.*

137. *Substantias autem separatas quod attinet: æternam
aliquam substantiam inter cas dari necesse est, qui est DEVS
Opt. Max. agens, non de natura necessitate sed liberrime, vnus
essentia, impartibilis, & indiuisibilis, mirabilem ineffabilemq;
delectationem, vitamq; præstantissimam in se continens, purus
actus, pluralitatem falsorum decorum excludens, corporis &
humana forma expers, seipsum in seipso reliqua in seipsis intel-
ligens omnibus inferioribus & superioribus sigillatim prouidens,
omnesq; indiuiduorum actiones ordinans.*

138. *Idea verò Platonis nec sunt, nec quicquam iuuant: sed nec numeri, nec magnitudines, nec reliqua mathematica entia sunt separabilia, aut causæ principiaq; rerum.*

139. *Nam quod contrariorum propriè nullum sit rerum omnium principium: nec ex elementis possint aeterna esse conflatà: nec queant è numeris res esse compositæ: Metaphysicis patet rationibus.*



ALTERA PARS PHILOSOPHIAE

PRACTICA, ETHICAM, POLITICAM ET
OEconomicam ambitu suo complectens.

ETHICA.

Lib. 1. Eth. Definitio
Ethics. *1. ETHICA est pars Philosophiæ Practicæ, quæ honesta morum disciplina generalem quandam vniuersis ac singulis bene beateq; viuendi rationem præscribit.*

Finis, methodus, auditor. *2. Huius finis, quemadmodum & Politicæ est summum bonum, methodus popularis: auditores omnes quicunq; moribus iuuenes non sunt.*

Summum bonum in re consistat. *3. Summum autem bonum nec consistit in corporis voluptatibus, quæ homines seipsis deteriores reddunt: nec in honoribus qui non in honoratis sed in honorantibus sunt: nec in diuitijs quæ propter aliud expetuntur: nec in ideis Platoniceis, quæ nullæ sunt: nec deniq; in solo virtutum habitu, qui potest esse otiosus, sed in actione ac functione facultatis rationalis.*

Felicitatis definitio. *4. Felicitas enim siue summum bonum philosophicè nihil aliud est quàm functio animi secundum virtutem optimam & perfectissimam idq; in vita perfectæ.*

Bonorum *5. Externa verò corporis atq; fortuna bona partim sunt instrumeta atq; adiumeta felicitatis vt amici, vt opes, vt potestias: part*

tim ornamenta, ut nobilitas generis, ut prospera soboles, ut externa
forma corporis. rum usus.

6. Hac felicitas non casu vel fortuito contingit hominibus, causa fe-
sed à Deo quidem Opt. Max. tanquam prima omnium bono-
rum causa ac fonte donatur: industria verò humanâ veluti se-
cundariâ causa comparatur.

7. Quicumq; igitur vitam suam transigit vel exerendo Quis felix
vel meditando virtutem: is contra Solonis sententiam etiam in hac vi-
hac mortali vita felicitatem habet, quæ nec casibus fortuna, ta-
nec posterorum infortunys potest ita labefactari, prorsus ut
aboleatur.

8. Est enim felicitas non laudabile sed honorandum bonû,
nempe quod & principium sit & finis nostrorum operum.

9. Quemadmodum autem animus habet duas partes, Diuisio
vnam rationalem, aliam irrationalem, quæ diuiditur in ve-
getatiuam & appetitiuam, quæ licet sit ἀσύνετος: rationis tamen
compos esse potest: ita virtutum alia sunt ἀνομιμα, siue in-
tellectuales, alia ἠθικά, seu morales.

10. Ex his intellectuales doctrina: morales consuetudine Lib. 2.
comparantur, & licet diuicias earum ac principia quedam na-
tura suggerat: tamen natura nobis non insunt.

11. Verùm crebris comparatur actionibus secundum rectam Quomodo
rationem, quæ semper moderata suadet, institutis, quas quando parentur
docunq; dolor sequitur, habitum virtutum nondum perfe-
ctum: quando verò voluptas comitatur, perfectum iam esse
constabit.

12. Occupatur enim virtus circa voluptates & dolores & virtus cir-
maximè circa voluptates, quibus tanquam blandissimis domi-
nabus difficilius, quàm doloribus ac ira resisti potest.

13. Virtus igitur est habitus electiuus in mediocritate eâ, Definitio
quæ nos respicit & ut vir prudens definiret positus. virtutis.

14. Extremorum virtutis aliud est ὑπερβολὴ seu excessus, Extrema
aliud

virtuti. aliud est. Alius sine defectus, quorum neutrum in vitiosas actio-
nes cadere potest, cum ille natura sua sint male.

Subdiui- 15. Virtutum alie versantur circa curam corporis vt forti-
sio virtu- tudo & temperantia: alie circa bona & mala externa vt libe-
tum. ralitas, magnificencia, magnanimitas, studium honoris &
mansuetudo: quedam circa conuictum vt veracitas, comitas,
& humanitas: quedam circa contractus vt iustitia: quedam
deniq; circa affectus vt veretundia & indignatio.

Oppositio 16. Opponuntur autem excessus & defectus cum sibi mu-
medij cum tud, tum etiam medio, ita tamen vt quibusdam medijs magis
extremis, opponatur excessus, vt temperantia, mansuetudini, veracitati:
& eorum quibusdam defectus vt fortitudini, liberalitati, magnanimi-
inter se. tati, idq; partim propter similitudinem, partim propter procli-
uitatem ad eos.

Ratio in- 17. Vt verò hoc medium inueniri possit (quod factu est dif-
ueniendi ficile) obseruandum principid est, vt ab illo extremo, quod me-
medij. dio magis opponitur, studiosè recedatur: dein vt quo quis est in
aliqua vitia propensior, eo diligentius in contrarium sese re-
trahat: tertio ne voluptatis causa quicquam suscipiatur.

Lib. 3. 18. Prodigiosus seu electio, qua virtus definitur, est consulta
Electio. expeditio eorum, que in nostra sunt potestate.

Sponta- 19. Spontaneum est cuius principium in ipso est agente &
neum. sciente omnes actionis circumstantias.

Inuitum. 20. Inuitum est omne id, quod aut violentum est, & à vi
coactò suscipitur, aut per ignorantiam admittitur.

Violentū. 21. Violentum est cuius principium foris est, nihil confe-
rente eo, qui agit aut patitur: & est vel absolutè violentum, vel
mixtum, cum id quod nunquam susciperemus: tamen aliquan-
do vel ob insigne aliquod bonum consequendum, vel maius
malum vitandum suscipimus.

22. Tales actiones per se quidem inuita sunt: sed tamen in
hisce casibus magis ad voluntarias accedunt.

23. Nec iucunda tamen ac molesta pro violentis haberi iucunda possunt, nec ea innita dicuntur, quæ vel ex ira ac cupiditate, & molesta sunt, vel per ignorantiam iuris committuntur, sed quæ per ignorantiam facti idg, tunc cum errore deprehenso pœnitentia delinquentes sequitur. lenta.

24. Electio igitur nec cupiditas, nec voluntas (licet illi affinis) nec opinio, nec deniq, deliberatio dici potest.

25. Deliberatio autem nec de aternis, nec de naturalibus, nec de fortuitis alienis indubitatis ve rebus, aut ijs, quæ patent oculis, instituitur, sed de rebus humanis, proprijs, & non nihil incertis, de medio, de instrumētis, de amicis, & ijs omnibus medijs, quæ ad finem consequendum faciunt. Deliberationum materia.

26. Quæ ut ritè instituat:ur: principio requiritur ut in rebus arduis consultores assumantur: dein ut scopus consultationis proponatur. præterea ut media consequendi finis eoujs, per-textantur, donec ad illud perueniatur ultimum, quod sit æquoy & immediatè possit apprehendi, tum ut omnia consultationis media retexantur ordine donec ultimum finem ac bonum consequamur. Rectus deliberationis modus.

27. Bonum autem illud aut est reuera bonum quale bonis ac prudentibus viris apparet: aliud quævis & apparens, quale improborum (ut aiunt) palatis arridet. Bonum duplex.

28. Tam virtutes enim quam vitia sunt in hominis arbitrio, licet vitiosus habitus vix postea possit mutari.

29. Quod enim quidam mali euaserunt ipsimet in causa fuere, propterea quod male vixerunt, non ignari tales se inde euasuros.

30. Fortitudo igitur (ut iam speciatim de virtutibus agatur) est mediocritas circa ea, quæ in bellicis periculis aut fiduciam aut metum afferunt, quæ ipsa subit, ac perfert, vel quia perferre honestum vel non perferre turpe est.

31. *Eius extrema sunt duo in excessu audacia & metus vacuitas: in defectu timiditas est.*
- Diuisio
Fortitudinis. 32. *Fortitudo alia est publica qua diuiditur in politicam siue togatam, & in bellicam: alia verò priuata siue economica.*
- Temperantia. 33. *Temperantia est virtus medium tenens in expetendis voluptatibus corporis & fugiendis doloribus.*
- Excessus.
Defectus. 34. *Eius excessus est voluptatum exuperantia, cum quis scaturatur quaslibet voluptates, & inter eas maximè turpes: defectus est à conscientia siue stupiditas, cum quis omnes voluptates tam honestas quàm inhonestas aspernatur.*
- Lib. 4.
Liberalitas. 35. *Liberalitas est virtus medium tenens in dandis vel accipiendis pecunijs, ceterisq; rebus, quarum pretium nummo consuevit aestimari.*
- Excessus.
Defectus. 36. *Eius excessus est à conscientia siue prodigalitas, cum quis accipit parum & erogat nimium: defectus est auaritia cum quis dando deficit, & accipièdo modum excedit, quales sunt à conscientia siue turpi lucro dediti.*
- Magnificentia. 37. *Magnificentia dicitur, cum quis magnos sumptus facit non gloria sed honestatis gratia in opera sumptibus digna, prout decet, idq; vel priuatim vel publicè.*
- Extrema. 38. *Peccatur circa eam in excessu quidem inepta splendoris affectatione: in defectu verò intempestiua parsimonia.*
- Magnanimitas. 39. *Magnanimus est qui cum magnis sit dignus honoribus, magnis quoq; se dignum iudicat: ac proinde magnanimitas est decus & ornamentum reliquarum virtutum, quas omnes ipsa exercet.*
- Extrema. 40. *Peccatur circa eam in excessu quidem elatione ac fastuosa animi superbia: in defectu verò pusillanimitate.*
- Modestia. 41. *Modestia est virtus, qua mediocres honores vnde, quomodo, quantum & quando oportet, expetimus.*
42. *Eius excessus quidem est ambitio: defectus à conscientia, cum quis ne ex honestis quidem rebus cupit honorem quarere.*

43. Mansuetudo est qua ita moderatur iram, ut non ira
scatur, nisi iustas ob causas, & quidem quibus, quando, quan- Mansue-
diu, & quemadmodum decet irasci. do.

44. In eius defectu peccant lenti siue nimis patientes: in ex-
cessu autem iracundi, quorum alij sunt ἀκρόχολοι exandescen-
tes, alij πικροί siue amarulenti, alij καλεπτοί siue atroces, qui nō
nisi vltione placantur.

45. Comitas seu humanitas est mediocritas circa sermo- Comitas.
num ac negotiorum communicationem atq; conuictum occur-
pata ita ut quæ probanda sint in conuictore probet, quæ impro-
banda cum quadam lenitate inprobet.

46. Peccatur circa eam vel in excessu qui dicitur ἀρεσκία
seu adulatorium placendi studium: vel in defectu qui dicitur
δυσκολία seu morositas.

47. Candor seu veritas est mediocritas circa sermones az Candor.
ctiones seu occupata, cum videlicet quis ea, quæ non habet sibi
non arrogat: quæ autem habet ea non dissimulat, sed in vita &
oratione apertus est.

48. Extrema eius sunt duo, vnum in excessu qui dicitur ἀ-
λαζωμία seu arrogantia: alterum in defectu, qui vocatur ἀρω-
μία seu dissimulatio.

49. Urbanitas est virtus mediocritatem seruans in facetijs Urbanitas
cum proferendis tum perferendis.

50. Peccatur circa eam vel excessu, qui dicitur scurrilitas,
vel defectu qui dicitur rusticitas siue insulitas.

51. Verecundia est affectus magis quàm habitus ob metum Verecun-
infamiae cum quodam rubore vultus ex conscientia admisse dia-
turpitudinis atq; pœnitentia obortus.

52. Eius excessus est impudentia: defectus verò pudor qui-
dam subrusticus.

53. Iusticia, Lucifero ipso pulchrior, est habitus, quo homi- Liber. 5.
nes & apti efficiuntur ad agendum quæ iusta sunt, & agunt ea: Iusticia.
dem ac volunt.

Iustitia 54. Quomodo autem iustitia: sic etiam iniustitia
& iniustitia uniuersalia est uniuersalis qua leges publicae vel obseruantur vel vio-
lantur: alia particularis, qua suum cuique tribuitur, aut non
salu. tribuitur.

Iustitia 55. Particularis iustitia rursus vel est commutativa, qua
vel iniu- moderatur arithmetica proportione contractus siue illi sint
stitia par- voluntarij, siue violenti: vel est distributiva, qua geometrica
ticularis. proportione suum cuique tribuit, quae in praemiorum paenarumque
Iustitia com- mutativa distributione versatur.

Iustitia di- 56. Emaxime uero seu aequum & bonum est emendatio seu
tributiva mitigatio ac limitatio quaedam scripti iuris in eo casu eaque parte
Aequitas. in qua lex propter uniuersalem locutionem deficit.

Lib. 6. 57. Scientia est habitus demonstrandi necessariam con-
Sicentia. clusionem ex necessarijs siue ueris, primis, immediatis,
prioribus ac notioribus & causis eius, quod efficitur conclu-
sione.

Ars. 58. Ars est habitus ad faciendum ualens cum ratione ue-
ra coniunctus.

Prudentia. 59. Prudentia est habitus secundum ueram rationem agen-
di circa uniuersa qua homini bona vel mala sunt.

Intelle- 60. Intellectus est habitus quo scientiarum principia nobis
ctus. obscura illa luce naturae nota plenius ac perfectius cognoscimus
& contemplamur.

Sapientia. 61. Sapientia est rerum prestantissimarum tum intellectus
tum scientia, & quasi princeps disciplinarum.

Bona con- 62. Consultatio bona est quaedam consilij rectitudo, qua bonum
sultatio. nobis propositum commodis honestisque uis consequimur:
& est uel absolute bona qua ad felicitatem ipsam, uel particu-
lariter bona, qua ad certum bonorum genus consequendum
facit.

Intelligē- 63. Intelligentia est habitus quidam ex uera opinione iu-
tia. dicandi de ijs rebus qua a prudentibus uiris constituta sunt.

& factis

64. ΓΝΩΜΗ seu sententia est viri equi & boni de dictis Sententia
& factis hominum rectum ac verum iudicium.

65. Solertia est qua ea qua ad propositum nostrum conse- Solertia.
quendum faciunt excogitare & inuestigare possumus.

66. Nulla verò virtutes possunt sine prudentia esse quem. Virtutum
admodum nec prudentia sine virtute ac proinde ut artes om- connexio
nes: ita virtutes communi quodam nexu & vinculo ita inter & cognatio.
se continentur ut amabili quadam concordia & quasi concen-
tum nusco consentiant.

67. Quemadmodū autem continentia est virtus per quam Liber 7.
cupiditas consilij ratione regitur: ita incontinentes sunt qui Continē-
voluptatibus succumbunt. tia.

68. Incontinentia alia est vulgaris que communes huma Inconti-
na malitia terminos non excedit: alia est enormis atq; insignis, nentia di-
que immanitas dicitur, & est aut ferina ut cuius causa est uisio.
enormis natura hominis & distortum ingenium: aut morbo-
sa que ex morbo aut lestone aliqua contracta est.

69. Ac quemadmodum patientes sunt qui honestatis & Patientia.
utilitatis causas arduas ac difficiles volentes diu perpetiun-
tur: ita molles sunt qui doloribus victi succumbunt.

70. Peccantium autem circa voluptates & dolores in gene- Mollities.
re quidem alij consultò agunt, alij ex affectu: in specie verò
mollium alij delicati alij ioculares: incontinentium alij teme-
rary qui temere, alij infirmi, qui scientes quidem sed affecti-
bus victi turpi perpetrant.

71. Differt continens à temperante hoc nomine, quòd hic Differētia
cupiditates habet paucas, easque recta rationi consentaneas: continen-
tium autem cupiditatibus flagrat improbis, quas aureo tis & tē-
Palladis freno hoc est recta ratione coercet. perantis.

72. Videtur autem incontinentia cupiditatum peior esse Cupiditas
quàm ira, quandoquidem quo maiores sunt voluptates eo peior quā
magis mentem de sede sua dimouent, & exemplo Circes
na.

Homericæ homines ipsos in efferatas belluas atq; porcos mutant.

Vera voluptas. 73. Quod quamuis ita se habeat, nec summum bonum voluptas esse possit: in summo tamen bono veram voluptatem inesse certum est, quæ percipitur non ex rebus per accidens incundis sed ex iis quæ per se iucunda sunt.

Lib. 8. Amicitia. 74. Amicitia est mutuus quidam amor siue benevolentia, quæ vel virtutis vel voluptatis, vel commodi causa suscipitur, mutuisq; declaratur officijs.

Amici ætæ. 75. Amicorum autem quidam sunt ætæ & re ipsa qui non solum benevolentiam, sed etiam officia communicant: alij habitu qui non quidem communicant officia mutua, sed data occasione communicaturi videntur: alij deniq; nec ætæ nec habitu, qui vel ob atatem senilem, vel mores austeros, vel deniq; locorum distantiam sunt inepti ad amicitias colendas.

Amicitia equaliũ. 76. Deinde amicitia alia est inter aequales vt in timocratia & inter fratres ac sodales: alia inter inæquales vt in monarchia inter Regem & subditos, parentes ac liberos, in aristocratia inter maritum & uxorem.

77. Hæc autem inæqualium amicitia ita demum stabilis esse poterit, si amici æquentur inter se proportione, ita vt quousq; vel utilior, vel iucundior vel virtute præstantior fuerit: eo magis ametur ac colatur, minus autem redamare teneatur.

Quibus in rebus consistant amicitia. 78. Amicitia igitur inter Principem & subditos, patrem ac filios in excellentia beneficiorum: aristocratica & coniugalis in virtute: timocratica & fraterna in sodalitate posita est.

Causa paterna amicitia. 79. Causa paterna amicitia est quædam, dum parentes amant liberos tanquam aliquid sui, ac vicissim filij honorant parentes tanquam ex quibus prognati sunt: hæc tamen cum diuersitate, quod parentes magis semper amant filios quàm ab iis amentur.

Causa 80. Causa amicitia fraterna partim est paterna partim com-

communis educatio, atas equalis, conuictus assiduus, ac colitur fraterne
isdem officiis, quibus amicitia sodalium. amicitia.

81. *Causa amicitiae coniugalis est sobolis propagatio ac mu-* Causa cō-
tuum auxilium, & copulatur communi prole pignoreq; libero-
rum. iugij.

82. *Parentibus igitur alimenta siue nutritio atq; honor* Lib. 9.
debetur: principibus obedientia atq; cultus: fratribus non solum Quid de-
communicatio honorum externorum, sed etiam parrisia mo- beatur sin-
nendi ac reprehendendi: cognatis ornamenta atq; commoda: gulis ami-
amicis bene velle & facere, idem cum ipsis sentire, saluti eorum citijs.
studere, eorum consuetudine delectari, illis deniq; compati.

83. *Non tamen omnia sunt intimis quoq; tribuenda ami-*
cis, sed benefactoribus etiam reseruanda quedam, cum prius
his quam illis satisfaciendum esse videatur, cum qui beneficia
contulerunt magis ament, quam qui acceperunt.

84. *Voluptas autem (vt ad idem disputatio moralis recur-* Lib. 10.
rat, unde cepit exordium) qua inest in summo bono nec est ge- Volupta-
neratio, nec motus, sed functionum nostrarum subsequens qua- tis defini-
dam perfectio ipsam singulari quadam suauitate commendat. tio.

85. *Quin & felicitas siue beatitudo non consistit in habitu* Qua in re
sed in habitus functione siue in virtutis usu cum prosperitate consistat
vite perfecta coniuncto. felicitas.

86. *Est autem felicitas humana (nam de caelesti illa beati-* Quotu-
tudine, quae est vita aeterna, quaeq; in vera cognitione cultuq; plex sit fe-
diuini numinis consistit, sermo nunc non est) duplex contempla- licitas.
tina videlicet, qua in contemplatione rerum praestantissima
rum versatur: & actiua quae in civilium virtutum studio &
exercitio consistit.

87. *Comitatur virtutes gloria, laus, honor, diuitiae, amici-* Praemia
tie, bona fama, auctoritas & immortalitas cum quibus perfe- virtutis.
tua quadam est virtuti confederatio.

88. *Quod si quando secus fit: id vitio hominum non vir-*
tutis

cur non tutis fieri iudicandum est dum videlicet aut ingrati vniuersi
semper si, aut inuidi multi, aut inimici potentes suis virtutem præ-
virtus ha- mijs spoliant, qua in eam collata fuerant diuinitus.
beant præ-
mia.

89. Enim verò detractis omnibus præmijs fructibusue se
ipsa virtus contenta est cui amplissimum theatrum & præ-
mium est conscientia rectè factorum & expectatio diuinæ
compensationis.

Quibus 90. Sed hæc tota morum doctrina eos duntaxat potest ad
profit ethi honestas actiones excitare quibus primum adest eū quæ seu nas-
ta. tura bonitas, qua est singulare Dei donum: deinde quorum
animi a teneris, vt aiunt, vnguiculis honesta educatione præ-
culti & subacti sunt: tum deniq, quorum cupiditates honesta
morum assuefactione intra repagula legum continentur qua-
rum fontes sunt ex Politica hauriendi.

lib. 1.

POLITICA.

Definitio 1. Politica est scientia practica, qua considerat politiam &
politica. & actiones hominum singularium quatenus horum vnusquisq;
pars est politia ad bene viuendum directa.

Finis & 2. Huius doctrinæ finis est beatitudo ciuitatis, præstantia
methodus. summa, methodus compositiua.

Partes ci- 3. Constat enim ciuitas ex vicis seu pagis, pagi ex domibus,
uitatis. domus ex personis, quorum omnium regimina non tantum se-
cundum maius & minus, sed etiam specie differre videntur.

Vicus. 4. Vicus est societas ex multis domibus prima & naturalis
in vsum minimè quotidianum.

Domus. 5. Domus autem est societas secundum naturam in quoti-
dianum vsum constituta.

Partes do- 6. Partes eius sunt tres quarum prima dicitur dominium seu
mus. dominatiua qua constat ex domino & seruo: secunda yoc-
quæ seu coniugalis qua constat ex marito & vxore: tertia

πατρικὴ seu paterna qua constat ex parentibus ac filijs, quibus partibus adiungi potest etiam γυναικίσικὴ siue quaestuarια.

7. Quemadmodum autem dominatio: ita seruitus alia est natura, alia lege.

8. Quaestuarια itidem duplex, alia naturalis, ut pecuaria, pastio villatica, agricultura, materiaria predatoria, & venatoria: alia artificialis ut mercenaria & negotiatrix, ad quam etiam usura refertur, qua tamen contra naturam esse videtur.

9. Γαμικὴ seu nuptialis est societas naturalis in qua maritus uxori politicè dominatur τῆς γενεῆς ἢ σωματικῆς ἐκείνης siue generationis & auxiliij gratia.

10. Πατρικὴ ἢ τεχνοποικτικὴ seu paterna combinatio est in qua pater filiis μοναρχικῶς siue regaliter imperat.

11. Haec postrema dua τῆς τεχνοποικτικῆς ἢ γέρας societates etsi à quibusdam barbaris gentibus vel institutionis defectu vel errore natura confundantur: natura tamen sunt distincta, quae unum instrumentum uni destinare plerumque esse solet usui.

12. Oportet autem virtutes morales in omnibus harum societatum personis inueniri, sed ita ut in seruos simulacra duntaxat & umbra, in pueros semina ac primordia virtutum, in maritos autem & uxores ipsamet cadant virtutes, sed ratione differentes.

13. Plato has politiarum materias susulisse videtur, dum κοινωτικῶν uxorum, liberorum, ac possessionum, aliāq; nonnulla praeter rectam rationem instituit.

14. Sed neq; Phaleas, neq; Hippodamus perfectas extruxere politiarum formas dum hic moralem ciuium disciplinam prorsus neglexit: ille legum ferendarum potestatem quibuslibet concessit.

Distinctio
donationis
& seruitutis.

Quaestuarια duplex

Coniugij.

Paterna
combinatio.

An vxor
& serua

Lib. 2.
Plato.

Phaleas
Hippodamus.

15. Iam verò nec Lacedæmoniorum nec Chartaginensium Respublica videntur satis bene fuisse constituta, quarum illa omnes suas actiones ad bella direxit, hæc verò pauperes etiam virtute præditos ex Senatu exclusit.

16. Cretensium timocratia vel in eo maxime peccauit, quod Senatores ac Cosmi, vel nūquam potuerint in ea propter quodlibet scelus ex magistratu deponi, vel tantum seditiosè per priuatos.

Lib. 3. 17. Cives, ex quibus ciuitas consistit, sunt quicunq; liberi
Ciuis de- homines cum sint, possunt participes fieri publica potestatis de-
finitio. liberandi ac iudicandi.

Ciuium diuisio. 18. Ciuium alij sunt perfecti & reipsa, quibus deliberandi ac iudicandi pro more eius ciuitatis facultas adest: alij imperfecti: qui non possunt propria sua conditione participes fieri publica potestatis.

Ciuis bo- 19. Etsi autem eadem est virtus boni ciuis in optima ciuitas
nus & vir te imperantis, quæ viri boni: tamen aliorum ciuium non est ea-
bonus an dem sed eorum cuiusq; accomodata ad proprium munus & sta-
differant. tum suæ ciuitatis.

Politia de- 20. Politia est ordo ciuitatis ex constitutione cum aliorum
finitio. omnium imperiorum, tum maxime eius qui summam in ciuis
tate potestatem habet ad propositum finem.

Diuisio po- 21. Sunt autem politia primùm alia vera, quibus publicum
litiarum. bonum cura est vt monarchia, aristocratia & respublica: alia
falsa, quibus priuatum commodum propositum est vt tyrannis
oligarchia, & democratia: deinde alia politia sunt simplices &
integra, alia mista & deminuta.

Monar- 22. Monarchia est cui cum bonum verè publicum & ad
chia. omnes pertinens propositum sit, idcirco volentes lubentes vni
parent.

Aristocra- 23. Aristocratia est cum vno plures virtutibus reliquis
tia. antecellentes imperium habent & exercent,

24. Respublica

24. *Respublica est in qua populus sine vniuersa ciuium mul- Timocras*
tudo virtutem colens iuste deliberat & iudicat, ac confert tia.
magistratus optimis viris imperans ad commune bonum.

25. *Tyrannis est in qua vnus vi & fraude summam pote- Tyrannis.*
statem adeptus ac retinens imperat inuitis, paribus, veletiam
se prestantioribus propria libidine ad proprium solius commo-
dum & voluptatem.

26. *Oligarchia est vbi diuites opibus ac amicitiis pluri Oligar-*
mum alios superantes ac principes reipub. vi & fraudibus fa- chia.
cti non lege, sed effrenata cupiditate ad proprium commodum
summam potestatem obtinent.

27. *Democratia est vbi pauperum colluies mista ex insti- Democras*
mis quibusq; hominum generibus ac ordinibus summam rei- tia.
publica non legibus sed plebiscitis ad licentiam viuendi gur-
bernat.

28. *Harum omnium politia formarum differentie per se Differen-*
diuisiue sunt opulentia & paupertas: per accidens autem mul- tia poli-
tudo & paucitas. tiarum.

29. *Regnum mistum ac deminutum aliud est heroicum Regni mi-*
quale veteres Heroes habuerunt: aliud laconicum in quo per- sti species.
petua dabatur ducendi exercitus ac sacrificiorum potestas: a-
liud barbaricum vt apud barbaros est: aliud esymnetium seu
tyrannis ex electione.

30. *Democratia species habet 5. 1. cum omnes equaliter par, Liber. 4.*
ticipant de magistratu: 2. cum secundum censum diuitiarum: Democras
3. cum scelerati a magistratu excluduntur: 4. cum omnes ciues tia species
participant de magistratu sed secundum leges imperantes: 5.
cum omnes participant sed non legibus, verum decretis populi
ciuitatem gubernantes.

31. *Oligarchia species sunt 4. 1. cum ditiores eliguntur: 2. Species o-*
cum mediocriter diuites ex certo numero: 3. cum filii succedunt ligarchia.
pa tribus: 4. cum magistratus non ex prescriptis legum dominatur.

Species aristocratiæ 32. Aristocratiæ habet itidem 4. species: 1. in qua simpliciter optimi tenent principatû: 2. in qua virtute præditi, sed diuites: 3. in qua electores respectum habent virtutis, diuitiarum ac populi: 4. ubi virtutis ac populi non autem diuitiarum habetur ratio.

Species tyrānidis 33. Tyrannis est triplex 1. cum eligitur aliquis à barbaris, qui lege ac consuetudine dominetur: 2. cum aliqui eliguntur ad fugandum hostes: 3. cum vnus pessimus dominatur nullis legibus obediens, sed est incorrigibilis omnia ad proprium commodum & voluptates referens.

Ciues medij qui sint. 34. Optima politiarum est ea, quæ constat ex ciuibus medijs, hoc est neq; nimium diuitibus neq; nimium pauperibus, cum tales possint sine mutua offensione vitam viuere beatam, quæ consistit in actione virtutis non impedita.

35. Requiritur autem ad plenariam politiarû considerationem 4: 1. partes: 2. constitutiones: 3. immutationes: 4. conseruationes de quibus ordine dicendum est.

Tres præcipue partes politiarum. 36. Ac principio quod politiarum partes attinet: debent ea in omnibus politis tres adesse, quibus saluis salua, corruptis verò ipsa quoq; politia corrupta sint oportet, consultans, iudicans, & dominans.

Consilium quibus & quot de rebus suscipiatur. 37. Consilium quod spectat illud suscipitur de rebus potissimum 10: 1. de bello: 2. de pace: 3. de fœderibus: 4. de pœnis: 5. de legibus vel ferendis vel abrogandis, vel corrigendis: 6. de custodia vrbis ac regionis: 7. de magistratibus: 8. de re pecuniaria: 9. de rebus exportandis & importandis: 10. quod dignitate primum esse debet de sacris vel tuendis, vel restituendis vel exterminandis si norma non competant.

38. De his vel omnibus omnes consultant, vel non omnes sed tantum principes: vel quidam de quibusdam: vel omnes de aliquibus.

39. Democratiæ competit vt totus populus consultet de omnibus

omnibus: oligarchia ut pauci quidam: reipub. ut quidam de quibusdam: aristocratia ut omnes de quibusdam, & maximè arduus.

40. Magistratus quod attinet eorum alij diuino cultui: alij Magistrat-
consilii rerum communium: alij bellicis rebus: alij prouentibus: tus quotu
alij rationibus conficiendis & corrigendis: alij foro rerum ves plices.
narium: alij vrbi & partibus vrbis atq; regionis: alij tabulis &
scriptis publicis: alij agris: alij executionibus ac custodiis: alij lu-
dis: alij moribus puerorum, mulierum ac ciuium: alii deniq;
gymnasis presunt.

41. Modi creandorum magistratum sunt 12. Nam aut Modi cre-
eliguntur ex quibusdam aut ex omnibus: si omnes ex omnibus andorum
aut sorte, aut electione, idq; aut diuisim per tribus, aut coniu- magistra-
etiam, aut partim hoc, partim illo modo: Si non omnes, aut ex tuum.
quibusdam aut ex omnibus: si ex omnibus aut electione aut for-
te: si ex quibusdam itidem iisdem modis: aut quidam ex omni-
bus sorte, quidam electione.

42. Horum modorum alii conueniunt democratia, ut scili- Qui modi
cet omnes ex omnibus, electione vel sorte vel utroq; modo: alij quibus po-
reipub. ut omnes diuisim per tribus sorte vel electione vel litiis con-
utroq; modo: alij oligarchia ut quidam ex quibusdam sine sor- ueniant.
te vel electione, vel utroq; modo: alii deniq; aristocratia ut ali-
qui ex omnibus per sortem, vel quidam ex quibusdam per ele-
ctionem creentur.

43. Quod tertiam ciuitatis partem primariam attinet in- Iudiciorū
dicantem videlicet: iudiciorū species 8. potissimum recensentur: Species.
1. correctiuum iudicium: 2. puniens priuatorum iniuriam: 3. pus
niens delicta contra rempub. 4. iudicans iniurias & damna: 5.
priuatorum contractuum: 6. homicidiorum: 7. peregrinorum: 8.
rerum paruaram.

44. Horum alia conueniunt democratia ut omnes de
omnibus vel sorte vel electione: alia oligarchia ut aliqui de

omnibus: alia aristocratia vt de aliquibus omnes, & quidam de quibusdam iudicent.

Constitu- 45. Constitutionem politiarum quantum concernit: ea tationis po-
lis est vt si plebeyj superauerint alias ciuitatis partes proportio
litiarum ne quanti vel qualis: tunc necesse est democratiam: si diuites ac
causa. nobiles, oligarchiam: si medij, vel regnum, vel aristocratiam,
vel rempub. effici ac constitui.

Regio iur- 46. Quin etiam videtur conferre ad constitutionem politiarum ipsa regio, qua si fuerit campestris, oligarchia ditiorum:
uat con- si collina oligarchia mediocriter diuitum: si montana mista de-
stitutione. mocratia: si omnium particeps, timocratia: si procul ab vrbe si-
ta, pessima democratia constituitur.

Mutatio- 47. Mutationes politiarum quod attinet: earum causa
nis poli- quidem generales 12. traduntur: 1. lucrum & damnum: 2. ho-
tiarum nor & contumelia: 3. prepotentia vnius: 4. metus quorun-
causa ge- dam ne puniantur: 5. contemptus: 6. incrementum proportio-
nerales ne maius vnius partis ciuitatis super aliam, siue id fiat nume-
12. ro siue praestantia: 7. infamia quorundam ob aliqua commissa:
8. contemptus praesentis magistratus: 9. neglectio rerum mini-
marum legibus praescriptarum 10. morum dissimilitudo ex con-
uersatione peregrinorum orta: 11. dispositio locorum: 12. & pra-
cipue inaequalitas, dum diuites opibus antecellere, pauperes li-
bertate se adaequare, nobiles genere ac dignitate reliquos supe-
rare iudicant.

48. Omnes enim in ore habent nobilitatem (inquit Philo-
sophorum princeps) cum veri nobiles vix centum reperiuntur.

Definitio 49. Est enim nobilitas vetusta quadam generis atq; fami-
nobilita- lia dignitas vel anita gloria hereditas praclaris maiorum viri-
tuibus domi vel militiae parta & humana societatis consensu
tu. comprobata: aqua qui non deficiunt verè nobiles ac generosi censeri
disunt, qui verò degenerant partim insani ac furiosi, partim
socoordes euadunt, vt non raro contingat herou filios fieri noxas.

50. Sapius autem ex minimis initiis maxima nascuntur Cause seditiones in politis cum controuersia vel inter ipsos potentiores: vel inter potentes ac pauperes incidit: vel deniq; cum optimi ciues atq; medij aut nulli aut paucifuerint.

51. Speciatim autem democratia vel mutatur in oligarchiam propter perfidiam magistratuum & calumnias tributorum plebis: vel in tyrannidem, cum aut vnus belli dux electus opprimit populum, aut vni multa officia committuntur, aut deniq; vnus ex odio diuitum à populo amari incipit.

52. Oligarchia mutatur vel in democratiam vel in tyrannidem.

53. In democratiam quidem, vel propter dissensionem diuitum & pauperum, vel propter disidium diuitum inter se.

54. Potentiores aut disident inter se: 1. cum pauci eorum dominantur: 2. cum plures excluduntur: 3. cum aliqui eorum cupiunt alios collegas superare: 4. cum collega excluduntur: 5. cum plures sunt potentes exclusi quàm in magistratu: 6. cum vel ex nuptiis vel ex iudiciis offensam concipiunt: 7. cum aliqui sunt crudeliores aliis.

55. In tyrannidem verò vertitur oligarchia cum vel in officio constituti facultates suas luxuriosè viuendo consumunt, vel cum tempore belli dux electus ceteros subiugat.

56. Aristocratia mutatur: 1. cum quidam apparenter boni principatum ad se trahere conantur: 2. cum quidam virtute praediti negliguntur: 3. cum viri bellicosi non assumuntur: 4. cum alij optimatum abundant, alij nimia premuntur paupertate: 5. cum quis optimatum maior reliquis esse cupit: 6. cum vel iniustitia aliqua committitur, vel diuites plus ex bonis publicis quam pauperes percipiunt.

57. Quod conseruationem politiarū attinet, ea vt obtineri queat, curandum in genere est: 1. ne vel minima legum praescripta violentur: 2. vt diligentia custodienda politia, timore etiam

excitato, augeatur: 3. ut opposita ciuitatis partes sociatae sint: 4. ne populus adulatoribus & concitatoribus fidem habeat: 5. ut seditiones legibus inter nobiles vitentur: 6. ne quisquā excedat metam & tempus honoris ac magistratus sui: 7. ne quisquā reliquos superet vel diuitiis vel potentia: 8. ut leges sumptuaria obseruentur: 9. ne magistratus sit cum lucro coniuuctus: 10. ut medij ciues augeantur: 11. ut pueri diligenter instituantur secundum leges: 12. ne dentur uni plures honores, aut si dati sunt paulatim auferantur: 13. ut magistratus bene se gerat erga ciues, & vicissim ciues erga magistratus.

Quomodo 58. Inspecie, democratia conseruabuntur: 1. si imperia, con-
democra- filia, magistratus, iudicia fiant ab omnibus ex omnibus, &
tia con- de omnibus: 2. si nulli magistratus sint perpetui, sed breues,
seruetur. simulq; conferantur sorte, vel suffragio: 3. si cuiuscunq; ora
dinis homines potestatem habeant suscipiendorum magistra-
rum: 4. si mercede pauperes, pœna diuites vocentur ad concio-
nes: 5. si iudicia rara fiant: 6. si consultores ex utraq; ciuitatis
parte sorte vel suffragio eligantur: 7. si nec plebs diuitibus in-
iuriam faciat, nec diuites plebi: 8. si plebs non nimia prematur
paupertate: 9. si sit magna ciuium multitudo.

Cōserua- 59. Oligarchiam conseruant: 1. è censu magno aditum esse
tionis oli- ad rempublicam: 2. deliberare de omnibus paucos ditio-
garchia res: 3. magistratus omnes à quibusdam suffragio & censu
cause. creati: 4. iudicia omnia & presertim capitalia in paucorum
potentia esse: 5. censeri ciuitatem statis temporibus: 6. militia
robur penes paucos esse: 7. hereditates non donatione sed iure
cognationis legari: 8. magistratibus maioribus sumptuosa mu-
nera annecti: 9. pauperum curam magnam haberi ne iniuriam
patiantur sed lutrum habeant: 10. populum aliquomodo partiz
cipem deliberationum reddi.

Causa cō- 60. Leges rerum publicarum sunt: 1. rectè democratiam &
seruatiōis oligarchiam permisceri, nempe ut pauperum iuxta atq; diuitum
rerūpub. pro

pro dignitate in repub. communicanda ratio habeatur: 2. deliberationum participes fieri mediocriter diuites: 3. deliberari ab omnibus de quibusdam, & de quibusdam à magistratibus: 4. magistratus creari nulla census habitatio-
ne: 5. iudicia exerceri omnia ab omnibus, & quedam à quibus-
dam: 6. iudicia vt exercent diuitibus pœnam, pauperibus
mercedem constitui: 7. in absoluendo ratam esse magistratuum
sententiam in condemnando non semper ratam esse.

61. Ad conseruandum aristocratia statũ requiruntur: 1. Cõserua-
probè permisceri inter se statum populi oligarchiam & virtu- tionis ari-
tem: 2. deliberari ab omnibus de quibusdam, & de quibusdam stocratia.
à magistratibus ad hoc creatis: 3. magistratus creari suffragio causa.
non censu, quosdam à quibusdam ex omnibus, & quosdam ab
omnibus ex quibusdam: 4. magistratus quosdam peculiare
creari, qui pueros, mulieres, atq; ciues instruant ad modestiam
ac ornatum reliquasq; virtutes: 5. iudicia exerceri quadam à
quibusdam, & quedam ab omnibus, vel omnia à quibusdam.

62. Tria requiruntur autem in omnibus magistratibus: 1. Requi-
amor erga subditos: 2. authoritas ac potentia: 3. iustitia atq; reli- sita ma-
quus virtutum chorus. gistratuũ.

63. Ex commemoratis omnibus politiarum formis constat Monar-
monarchiam esse optimam, in qua per se quidem melius est ele- chia opti-
ctione: per accidens verò successionem vnum aliquem diuini ma.
virtutibus præditum eminere, qui secundum leges imperet,
ita, vt quod legibus sancitum est, id secundum præscripta
earum semper obseruetur, vbi autē lex scripta deficit, illud rex
diuinã suã prudentiã suppleat.

64. Est enim lex imago quadam Dei, regina mortalium, Legis en-
anima reipublica, centrum omnium actionum, & magistra comium.
regum atq; principum cum qua, sub qua & secundum quam,
magistratus debet subditos gubernare.

Legis in di-
uisio.

65. Ea est duplex alia positiua, cum aliquid consensu maioris potestatis decernitur ad tuendum ciuitatis statum: alia per se nata siue ea sit naturalis siue consuetudinaria.

66. Harū εὐνομοία seu conueniens positio cernitur in duobus: 1. si legibus obtemperetur: 2. si ea ipsæ leges sint rectè positæ.

Causa cor-
ruptionis
monar-
chie.

67. Corrumpitur monarchia 1. propter contumeliam alicui subditorum illatam: 2. propter timorem: 3. propter contemptum: 4. propter damnum & afflictionem subditorum: 5. obseditioes procerum: 6. propter successiones filiorum qui plerumq; bonis parentibus sunt peiores.

Causa cõ-
seruandi
principa-
tus siue.
OFFI-
CIVM
BONI
PRIN-
CIPIS.

68. Quæ corruptelæ vitabuntur 1. si monarchia ad medios citatem traducatur, nèue nimis multa regis arbitrio permittantur: 2. si nec diuites iniuria, nec populares contumelia afficiantur: 3. si custodia habeatur exciubus non ex peregrinis: 4. si amicorum ac consiliariorum prudentia ac opera maximè utatur: 5. si vnum multis non ornet officiis: 6. si ditionem ornet ac muniat: 7. si communium rerum curam gerat: 8. si tributa non magna exigit, exacta in vsum reipub. conuertat: 9. si moribus sit bonus, mitis, temperans, clemens, continens, sobrius, ac vigilans: 10. si non asper sed venerabilis sit: 11. si mediocritatē in omnibus seruet: 12. si virtute bellica excellat: 13. si sapientia & studiorum liberalium ac imprimis ciuilibus doctrinæ sit studiosus ac amans: 14. si non tantum se abstinentem sed & suos continentes reddat: 15. si viros bonos honoret, malos contemnat: 16. si præmia per se, pœnas per alios distribuatur: 17. si pauperes iuxta atq; diuites foueat: 18. si nobilitatē amicitia, plebem facilitate sibi deuinciat: 19. si deniq; quod & ordine & dignitate primas tenere debet, Deum vera pietate colat, ac veræ religionis curam habeat: scholas & Academias erigat, ac illa omnia obseruet, quacumq; Cyrus apud xenophontem obseruauisse dicitur.

Causa ty-
rannidis
conser-
uationis.

69. Quin & tyrannis, quæ est pessima omnium politiarū, habet suas & perimentes & conseruantes causas complures vide-

videlicet ut ciues reddantur 1. pusillanimes: 2. sibi diffidentes
3. imbecilles ac impotentes.

70. Sed politica scopus est non extruere sed potius destruere tyrannidem, quae est inimicissima optimo politiarum statui.

71. Finis oligarchiae diuitiae, democratiae libertas est, in Lib. 6.
qua cum numerus agricolarum, superat, efficitur prima: cum pa- Finis oli-
storum secunda: cum cauponum & mercenariorum, pessima demo- garchiae et
cratiae species. democrat.

72. Libertas autem quam primum in eo constituunt, ut Liberta-
vicissim omnes pareant: deinde ut omnes uiuant pro libitu, tis confir-
confirmari solet 1. si omnes ex omnibus sorte assumantur ad ma- manda
gistratum: 2. si eum vel semel in vita vel rarissime suscipiant: 3. si ratio.
magistratus sint breues, 4. si concio sit domina rerum omnium:
5. si uenientibus omnibus ad concionem premium decernatur.

73. Pessima autem democratiae species corroboratur ubi: 1. mul- Pessima
ti illegitimi ciuibus adiunguntur: 2. licentia pueris, mulieribus democra-
atque seruis conceditur: 3. uitia plebis dissimulantur: 4. bona con- tia confir-
demnatorum non fiunt communia: 5. publica poena uitantur. matio.

74. Quemadmodum autem uita beata alia est speculatiua Lib. 7.
alia practica: ita beata politia est illa in qua optimo, quantum Beata po-
feri potest, reipub. statu administrata omnes eius ciues publica litia quid.
priuatamque, maxime ex honestate ac uirtute, prout quisque uir-
tutis est capax, uitam degunt corporis ac fortuna bonis, quate-
nus conducere ad hac possunt, affatim cumulata.

75. Multitudo ciuium in ea debet esse tanta, quanta ad be- Multitu-
ne uiuendum in ciuili societate sit ἀνταρξῆς & seipso contenta, ac do quanta.
inter se ciues noti esse possint ad reddenda iudicia magistratusque
creandos & exercendos.

76. Regio ciuitatis debet esse qualitate temperata, quantita- Regio ci-
te tanta, quanta ad nutriendum ciues temperanter ac liberali- uitatis,
ter sufficiat.

77. Situs ciuitatis is optimus censendus est 1. si versus orientem Situs ci-
uitatis.

sem ad ventos orientales posita sit: 2. si figura sit talis ut qualibet pars eius alteri possit in discrimine opem ferre: 3. si aquas habeant vel perennes vel artificio introductas: 4. si exitum civibus facilem: introitum hostibus præbeat difficilem: 5. si moribus cincta fossisq; bene vallata fuerit: 6. si ades habuerit & ad magnificentiam & ad bellicos usus compositas: 7. si deniq; mari possit esse vicina, ita ut mercaturam pro se tantum exercere possit neq; interim aduenarum commistione corrumpatur, atq; ita habeat & terrestrem apparatus & nauales copias, quæ tamen pars ciuitatis esse non debet.

Necessaria hominum genera.

78. Caterum sex sunt hominum genera in ciuitate necessaria: 1. agricola propter alimentum: 2. artifices ob varia vitæ instrumenta: 3. milites causa defensionis: 4. diuites pro neruis belli: 5. consultores: 6. præfecti sacrorum.

79. Possunt autem sæpius eadem persona eadem hæc munera diuersis temporibus obire.

Publica loca.

80. Requiritur autem ad hæc ut sint publica loca templorum, magistratuum, fori, publicorum exercitiorum & conuiuiorum.

Publica conuiuia.

81. Interest enim ad tuendam ciuium concordiam nonnihil publica celebrari conuiuia atq; symposia, qualia fuerunt apud Cretenses Phiditia, apud Lacedæmones Andria.

82. Optima igitur politia constat ex optimis ciuibus, quales fiunt: 1. natura: 2. consuetudine honesta: 3. ratione atq; doctrina: ut & corporibus & animis sint benè conformati.

83. Corpora quidem ut sint benè conformata, requiritur ut generationes & alitura puerorum benè se habeant.

Conditio-

84. Ad bonam generationem pertinet 1. ut mulieres circa ætatis annum, viri circiter 35. matrimonio copulentur, idq; generatio hyberno potius quàm æstiuo tempore: 2. ut grauida femina pleniore victu utantur, moderatis deambulationibus exercantur, ac mentem tranquillam habeant.

Ad

85. *Ad commodam puerorum alituram spectat: 1. ut ab ortu statim cibus commodis & praesertim lacte vini experte lantur: 2. ut fascijs, cunabulis, ac instrumentis eorum corpora nella fingantur, & rite dirigantur: 3. ut moderatis motibus exercentur: 4. ut frigoribus statim asuescant: 5. ut ad quintum usq; annum nec disciplina, nec laboribus coactis tradantur: 6. ut fabellis ac cantibus honestis permulceantur: 7. ut cum servis & sordidioribus hominibus quàm minimum versentur: 8. ut artes honestas spectare condoce fiant, resq; turpes ac obscenas nec videre nec audire permittantur.*

86. *Ad institutionem autē animorū pertinet: 1. ut exacto statim sexennio vel septennio erudiantur: 1. in Grammatica atq; omnibus ijs artium liberalium, atq; honestarum disciplinarum studiis quibus animi liberales ac ingenui redduntur: 2. in figurandi peritia, ut possint de operibus artificum censuram facere: 3. in gymnastica ac paedotribicis actionibus, ad tuendam sanitatem & robur corporis comparandum: 4. in musica: 1. propter fugandum otium: 2. ob solatium & delectationem: 3. ad perficiendum intellectum & formandos mores & animos.*

Lib. 8.
Institutio
puerorū.

87. *Hoc autem potest fieri vel instrumentis musicis, vel concentibus vel deniq; rithmis.*

88. *Sed hac facilius possunt dici quàm fieri, nisi quis hac in sua obseruare œconomia velit.*

OECONOMICA.

1. *Oeconomica est qua tradit rationem acquirendi, conseruandi, ac gubernandi domum seu familiam, ita ut & liberi & ministri contineantur in officio debito.*

Definitio
œconomi-
ca.

2. *Domus autem constat ex marito & uxore, domino & seruo, patre & filio, ac postremò rebus possessis.*

Partes do-
mus.

3. *In his omnibus combinationibus est naturalis domina-*

rus, sed hac cum diuersitate, vt in prima sit politicus a aristocraticus: in secunda despoticus: in tertia regalis.

Finis cō- 4. Ac quod primam domus partem attinet, fines coniun-
iugij. Etionis maris & feminae sunt duo precipui: 1. procreatio liberorum: 2. mutuum auxilium.

Officia 5. Mariti officia sunt 1. vt talem ducat, cuius mores honesta
mariti. institutione flecti possint: 2. vt diligenter eam instituat ad omnia honesta vite munera: 3. vt verecundam habeat cum ea conuersationem, etiam absq; testibus: 4. efficiat vt vxor, non tam se metuat quàm vt reuereatur: 5. ne faciat ei iniuriã ullis modis, & maximè vitando adulteriam: 6. ne permittat eam fictis ornatibus vti.

Officia 6. Vxorum officia sunt: 1. instar testudinis intra parietes
vzorū. suos sese continere: 2. instar sedulae apiculae, seruos qui foris laborare solent ad opus mittere: iis verò qui domesticas operas obuiunt, quid faciendum sit, ostendere: 3. vt res à marito partas, recipiat, disponat & tueatur: 4. rudes filias & ancillas fusis & calathis tractandis erudire, ac totam familiam ad ministeria instruere: 5. ordinem seruare in re familiari, quod omnium fere munerum domesticorum praestantissimum est: 6. vasa & instrumenta rectè dispensare, & famulitio ostendere, quo loco res ponenda, & quomodo conseruanda sint: 7. promam condam eligere abstinentissimam, & diligentia memoriaq; valentem: 8. cogitabit etiam si cetera omnia rectè comparata sint: nihil tamen actum esse, nisi & ipsa res administret, & id operam det, vt singula suo ordine peragantur: 9. non debet moleste ferre si maritus plus oneris sibi imponat, quàm ulli de familia cū illi curā dāt axat rerū, ipsa verò usum fructum habeat: 10. ne quosquam sine precepto mariti in domum recipiat: 11. ne sectetur nimium vestium ornatum, sed morum decore ac elegantia contendat se ornare: 12. ne tractet de negotijs reipub. aut connubus: 13. vt am boni mariti pro lege sectari: 14. eundem diligere & reuereri
in rebus

in rebus aduersis ei condolere, in secundis congratulari.

7. Officia parentum erga filios sunt: 1. ut eos ex optimis ac honestissimis procreent: 2. ut materno lacte vel saltem honestarum nutricum alant. 3. ut & ipsi pietate ac bonis moribus eos imbuant, & per alios institui curent: 4. ut pro speculo ac exemplo virtutum se natis praebeant.

Officia parentum.

8. Filij debent parentibus 1. amorem ratione procreationis ac educationis: 2. honorem natura perfectione: 3. obedientiam & filialia obsequia propter potestatem diuinitus parentibus concessam: 4. subsidium in rebus aduersis ac senectute propter ἀντιπελάγειον.

Officia liberorum

9. Nunquam enim licet filiis abnegare parentem, sed parentibus licere videtur quandoque iustis de causis.

10. Nec potest unquam Deo, parentibus atque praceptoribus aequiualens premium retribui.

11. Dominorum officia erga famulos sunt: 1. famulos conducere industrios: 2. ut neque superbos nec abiecti sinat eos esse animi: 3. ut diligentiores maioribus cumulet premiis: 4. ut cibum, opus, & castigationem rite eis distribuat: 5. ne det eis vinum ad ebrietatem: 6. ut eos efficiat nec timidos nec fortes: 7. ut quietem eis denunciet ac promittat: 8. ut permittat legitimos procreare filios: 9. ut pietate bonisque moribus eos imbuat.

Officia dominorum

12. Quod quartam domus partem vel potius requisitum attinet, aconomi est: 1. acquirere rem familiarem: 2. conseruare, 3. bene iis uti fruique.

13. In facultatibus acquirendis in genere quidem debet fugere desidiam, pigritiam, negligentiam, lusus, gulam, libidinem, ebrietatem, ambitionem, & emacitatem, pestes praesentissimas rei familiaris: 2. debet comparare opes quidem diligentia ac parsimonia, quae est magnum vectigal, valetudinem temperantiam & labore, honorem verò atque beneuolentiam omnibus prodesse, nemini nocere, bonos amare, malos tolerare perseverando: in specie verò

Ratio acquirendi facultatis.

curabit 1. ut singula negotia rite disponat & ordinet; 2. ut plura comparet fructuosa quàm infructuosa, 3. ne in uno rerum genere totam possessionem colloquet.

Ratio cō-
seruandi
faculta-
tes.

14. In conseruatione rei familiaris obseruabit: 1. regulam Atticam ut re ditibus pradiorum uiuat; 2. regulam Laconicam, ut suo quaq; loco disponantur; 3. Persicam ut omnia metipse iubeat ac inspiciat & primus cubitu surgat, postremus cubitum eat, sciens quòd oculus domini saginet equum; 4. ut in adibus conficiēdis respiciat utilitatem, commoditatem, salubritatem, robur ac elegantiam; 5. ut custodiam adhibeat domui diligentem, atq; illa omnia obseruet quacunq; Ischomachus commemorat Socrati apud Xenophontem.

15. Ut verò benè rebus questis ac conseruatis uti possit æconomus, in primis colat pietatem & inuigilet precibus, deinde sectetur iustitiam, temperentiam, liberalitatem & omnes eas virtutes quæ in ethicis præcipiuntur.

HORAT.

Decipimur specie recti: breuis esse laboro
Obscurus fio: sectantem leuia, nerui
Deficiunt, animiq; professus grandia turget.

MART.

NEC SVNT LONGA, QVIBVS NIHIL

EST QVOD DEMERE POSSIS.

ΜΟΝ ΤΩ ΘΕΩ ΔΟΞΑ.

πλθ.